

Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.



57 — Sem. 1. 147 half

# MOSES-'HOSARSYPHOS-

SALI'HUS

## LEVITES-A'HARON

FRATER

## ZIPHORAH-DEBARIAH

CONJUX

## MIRIAM-BELLET

SOROR

## ELISHEBA-ELIZEBAT

FRATRIA

Ex monumento inferioris Aegypti per ipsum Mosen abhinc annos MMMCD dedicato nunc primum in lucem protraxit

**Franc. Jos. LAUTH,**

Dr. Prof. Academ. Conservator.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

Cum tabulis duabus et uno photogrammate.

ARGENTORATI,
Apud CAROLUM J. TRÜBNER.
MDCCCLXXIX.

MOSES → HOSARSYPHOS

SALIHUS

LEVITES - AHIRON

frater

ZIPHORAH - DEBARJAH

conjux

QIRJAQ - BELHET

soror

ELISHEBA - ELIZEBAT

fratria

Ex monumento inferioris Aegypti
per ipsum Mosen abhinc aã MMMCD
dedicato
nunc primum in lucem protraxit

Fr. Jos. Lauth.

Dr. Prof. Academ. Conservator.

BIBLIOTHECA · BODLEIANA

Cum tabulis duabus et uno photogrammate.

Jus vertendi et reproducendi operis auctor expresse sibi reservavit.

Scr. MONACHÎ

Aã. MDCCCLXXIX P.C.N.

# Tabula Materierum.

Pagina


Frontispicium: Stela Mosen cum familia repraesentans, (ex Serapeo).

Auctoris Praefatio 0-VI. Introductio. Novæ confirmationes 1/8 — 1 – 20

Pars historica, quinque dramatis personas continens . . . . . 21 – 54

I. Moses Hosarsyphos: militaria ejus munera 35, judiciale 41, expiatio 49 — 35, 41, 49

II. Levites Aharon, ægyptiace Pa-soï 68 – Horus Bezalel metallurgus 80 — 55 – 79

III. Ziphorah-Debarjah – Jethro-Raguel 82 – Sancta Catharina 95 — 81 – 96

IV. Mîrjam-Bellet – Sancta Maria (m), stella maris 101 . . . . . 97 – 112

V. Elisheba-Elizebat – Phinehas nepos – Lepsius – Conclusio . . — 113 – 128

Pars chronologica, Phoenicis, Sothidis et Apidis trias . . . — 129 – 176

Phoenicis apocatastasis – Sothiaca periodus 147. Apidis cyclus 161 — 129 – 176

Exodi Primordia, dramatis personas, loca, stationes amplectentia — 177 – 248

I. Pharaoh Menophthah-Pheros-Bocchoris-Ba-en-Ra . . . . . 177 – 184

II. Moses et Aharon rebellantes. Laterum confectio . . . . . 185 – 192

III. Huïs scriba scriptorque, ab Exodi Pharaonis consiliis. — 193 – 200

IV. Ebraeorum nomen: Aperu, Apyriu; molum tractio structioque 201 – 208

V. Exodi theatrum. Theorematis Bruxeiani refutatio . . . . 209 – 216

VI. Sectio geographica: Campus Zoan; Sethosis I reditus; Mosis iter . . 217 – 224

VII. Exodi stationes: Pithom, Ramesses, Sochot, Eitham, Pihachiroth, Baal-zephon. — 225 – 242

Canalis fluviatilis, conditio sine qua non Ebraeorum profectionis; Lepsî opinio.

Canalis maritimus, in papyro Lugdunensi 1348 a me detectus — 243 – 245

Moses-Nebi Salichus, hodiedum in monte Sinaï obvius . . . — 246 – 248

Mappula: Sethosis I reditum, Mosis iter, Exodi viam ostendens: Tabula I

Major scala stelulae in frontispicio prostantis, ad calcem operis: Tabula II

# Auctoris Praefatio.

Ecce tibi, lector benevole, Moses ille sistitur cum familia sua famulo-
que sive amanuensi Hui, nec non Hora Begalele: Dei artifice, ex monu-
mento lapideo, cujus genuinitas a nemine in dubium revocari queat,
per ipsum Mosen abhinc MMMCD annos apud Memphin dedicato.
Quodsi fortasse quaesiveris, cur haec pretiosissima Serapei stela, licet
jamdudum publici juris facta, tanquam vile corpus tamdiu neglectum
sit, donec ego in eam, Apidei cycli studiosus, forte fortuna inciderem,
in promtu est responsum: nemo praeter me animum attenderat no-
minibus ibi conscriptis, neque quisquam Mosen adeo foverat, ut ejus
vestigia vel levissima deprehenderet. Accedit quod e coetu Aegypto-
logorum, quorum provincia talis disquisitio praecipue videtur esse,
nullus neque veteranorum neque tironum chronologiae rationem ha-
buit, qualem ego per hos quindecim annos. Quinimo, ut ad nostrates
restringam criticen, caeteri praecipuâ illâ quaestione: fuerit ne Moses
persona vere historica, supersedendum vel tempus illi probitu assig-
nare consueti, de filiorum Israëlis Exodo non nisi arbitrario modo agendum
esse censuerunt.

Veluti ver doctissimus Lepsius in „Chronologia veterum Aegyptiorum" distantiam Salomonis templum inter et Exodum non 480 annorum, ut fert Sacra Scriptura, sed 330 tantum esse efficere conatus; Brugsius autem, alias maxime industrius, in Tractatu „de Exodo" filiorum Israëlis iter non tradita, sed textu biblico prohibita via instituere ausus est. Nil olim ut integrum reddatur, auctor quidam anonymus (an. 1870), Americani Brownii hallucinationes avide amplexus, in libello „Anti-Lauth" non Aegyptum, sed Transalpinam Exodi theatrum fuisse contendit, qua hypothesi nil possit rationi magis contrarium excogitari.

Haec mea quacunque lucubratione Mosen cum Exodo in veram validamque basi re-collocari, nemo sapiens non intelliget; quin etiam, novam explicandi Veteris Testamenti epocham cum ea exordiri quivis concedet. Quaenam corollaria exinde consectentur, quae argumenta pro Pentateuchi authenticitate militantia prodibunt – quippe quum Moses Aegyptio fonte (Rep. Anastasi I) librorum V auctor fuisse perhibeatur – denique, quae Chronologiae fundamenta fulciminaque hoc opere meo evasura sint, facile est dijudicatu. Si quis, negandi dubitandique studio captus, hucusque omnia Sacrae Scripturae signo ultra dicam interrogationis munivit, cum mox in castra mea transiturum atque a partibus meis pugnaturum esse confido. Sane, Mosis Exodique historiae quominus fides absoluta habeatur, permultae eaeque gravissimae obstabant rationes, quarum ea fuit princeps, quod nullibi in monumentis Aegypti copiosissimis ejus mentio fieri videbatur, licet liberalissima Ramessidarum aetate floruisse censendus sit. Ex altera autem parte ju-

dex aequus secum reputet oportet, ejusdem dynastiae XIX mediam partem, regna Siphthae et Amunmesis dico – de quibus propediem in Academia sam acturus – spissis adhuc tenebris obtegi, et Nechtsethi, Rhampsiniti patris historiam eadem caligine pressam fuisse, donec grande papyrum Harris novam et inexpectatam ei lucem attulit. Ergo, si Moses hucusque in monumentis Aegyptiacis non occurrerat, haec argumenti directi absentia reali ejus existentiae non debebat praejudicare. Sed mire quodam studiorum meorum casu factum est, ut non solum duo papyra: Anastasi I – et „Introductio" jamjam vecutura – et Lugdunense I 350, sed tria monumenta lapidea a me possint produci, ex quibus, Mosen revera in Aegypto sub Ramesse II Sesostride et Menephtha, Exodi Pharaone, multa officia etc. subisse luce clarius appareat.

Quodsi quis, historiae haud ita studiosus, linguae potius animum attendat, plurimam investigationis materiem, praesertim in pap Anastasi I, in documentis geographicis, facile deprehendat. Animus erat, hoc loco quaedam adjungere vocabula iis, quae vir sagacissimus Chabas (ego in libro meo „Moses-Ebraeus" congessoramus; centuria certe mox duperatur .....

Perrecturus eram adjiciens. Ecce! auriculas mi
Vellit evangelicae – potiusve dysangelicae – vir
Doctrinae, acclamans verbis Selothomunculus hisce:

„Halle, den 4ten April 1879.....

„Auf Ihren Aufsatz über ein Fragment von Carpentras würde ich Ihnen meine Ansicht über Semitologen zuvor unfreundlich genannt, als einen

[illegible] Proben davon, daß sie hier auf ein [illegible] Gebiet gerathen sind. Es wird jedoch [illegible] Lesung [illegible] [illegible] und ich selbst habe mich [illegible] [illegible] Bemerkung zu einem neuen Aufsatze über die Inschrift, der in einer Zeitschrift erscheinen wird [illegible] [illegible] ....." Schlottmann, Herr) Z(eit) Verstand der [illegible] Gesellsch.

Ergo Schlottmannulus iste, qui in praeambulo epistolae fatetur, über [illegible] Dinge werde ich mir kein Urtheil an", propter lapidem Carpentratem, qui aperte aegyptiacam praebet repraesentationem, menaso suspendit adunco! Quid sit autem, Schlottmannule, ut ego Mosen indagaverim, tu nihil nisi NOC-ITEN id est, sedimentum fimi hucusque expedieris? Quo melius lector intelligat, isto in loco mendacio par ignobile: ignorantiam arrogantiamque consedisse, narrabitur sum, unde ei tantum irae maneat alta mente repostum. Nam in nota mea ad dissertationem „Aegyptisch-Aramaeische Inschriften" (Acad. Monac. 1878 janu. vix ei praebeatur stilus, quum verbotenus ferat: „Hinzufügen der Lesung in der Z(eitschrift) D(er) M(orgenländischen) G(esellschaft) 1878, I Juli der Übersetzung (der Inschrift von Carpentras) nur in so weit gestattet, daß der Herausgeber: Herr Schlottmann, eine gewisse Diction dabei meint, was mit einer Lesung gewiß [illegible] (sic!), wenn auch die Lesung im Einzelnen abweicht."

Ergo me neque consentientem neque contradicentem tolerare sibi proposuit Schlottmannulus! Quid isti faciendum? Nonne contra Colcium (Nötzlein) in Transact. Acad. Monac. 1873 de Moabitis rarum inscripti. genuitate dubitantem, reposuit in PO XXVIII 28 iisdem fere atque contra me verbis hisce?: „Der

„begriffen" Britten hat sich aber zu einem Ausfall auf ein neu eingewanderten Gabinet verleiten lassen." Quid? Colius, utqui per annos solidos in Hauranitide et Trachonitide cum indigenis desertis linguale commercium exercuerit et haud paucas inde inscriptiones reportaverit, nil semitice scit?

Pergamus. Anno igitur 1874, quum Oenoponti in consessu Orientalistarum quaestio de Moabiticis figuris, a museo Berolinensi, Schlothmanculo si non auctore, tamen suasore, acquisitis orireture, Colius, photographmata nonnulla ostendens petivit, ut, quod Societas de subvenienda istarum publicatione consilium cepisset, id annullaretur. Strepere Schlothmanculus et pro viribus parte figurarum genuinitatem defendere, donec e senioribus unus: Sodalimagister (Bildemeister) medialor exstitit, et Schlothmanculo aureum quem vocant pontem struxit. Scilicet una praesertim ex figuribus adeo Napoleonis III imaginem referebat, ut a vicino, quid sibi vellet inscriptio, interrogatus, responderem: mihi videri versionem moabiticam cantiunculae illius, bello an. 1870 a Kutschkejo (Coccejo?) gregario milite compositae esse: „Was kräht der da in dem Busch drüben? – Ich glaub, es ist Napolium." Quae explicatio non risum modo, sed cachinnum circumsedentium excitavit.

Caeterum lectius aureoli, de Moabiticis Societatem deliberaturus, norrans, qua ratione ego ipse, licet in indagandis Semaneorum Ruinis occupatus atque cupide novas quasque inscriptiones amplexus, tamen in discipulam, a salvario francogallico Lenormanti structam, non inciderim sed officinam salvarii atque fontem unde hauserat, in Diurnali catholico sive

universali, quod Augustae Vindelicorum prodit, communicaverim. Sane, falsarii habilitas, qui Eccardo „de origine Germanorum" et ad runas effingendas et ad tabulas genealogicas efformandas usus est, tanta fuerat, ut vel Jacobus Pierius (Grim) Berolinensis in illecebras rueret, agnatus „Lenormantem ruinis suis franciscis (regulae cavae erant) optime de studiis germanicis meruisse". Cujus mei consilii dehortabundi in relatione deillo consessu (tom. XXIX pag. VI) mentionem frustra quaesieris — credas, in rediganda illâ Silothomunculum desudasse, vel unum ex familiaribus. De altero similique falsamento hîc mihi in mentem venit, „librum silvestrium", le livre des Sauvages" dico, quem sub auspiciis Juvenis Imperialis Demonethus abbas exaravit. Sed misere eum spes fefellit! Nam Henricus Noachus, hujus temporis in bibliothecâ Monacensi amanuensis, statim vidit, non phallolatriam Indianorum, sed phantasmata quaedam immunda pudionis germani isto libro praeberi! Quare protostheudistae reposuerim:

(Non verbis opus est, sed verberibus Petulanti)
Quid Moabîs, Parahybaque, transatlanticus Humbug?
Ista tibi laudes: istis, Silothomuncule, fidas! . . . . .
Decipier mundus vult: tu ergo decipiare! Calumniatoribus dico.
Cervicis vos durae, obduratique cerebri,
Faminor, o socii! de me — per me licet — ima
Fatus ut est Fatuus, quem Aegyptus abominat omnis,
(Liar!" ei acclamant Angli, „Nequam stolide!" Oebrî.

Deus autem Optimus faxit, ut liber hic, non obstanti auctographiae humilitate, quamplurimis placeat prodi probetur.

Scribebam Monachii, tempore paschali an. vulgaris aerae MDCCCXXX.

Quadriennio post Christum natum CDLXX

F. I. Lauth meâ manû. Auctor.

# Introductio.

Decennium cum semestri praeterlapsum est, ex quo in libro, cui titulus est „Moses Ebraeus", Exodi ducem, filiorum Israëlis legislatorem et Pentateuchi auctorem in duobus documentis hieraticis Aegypto oriundis obvium esse demonstravi. Utrum Londini, alterum Lugduni Batavorum servatur; illud vir sagacissimus Chabas una cum Goodwinio Anglo in opere „Iter Aegyptii cujusdam" publici juris fecerat; hoc, diarium scribae cum psalmo continens, a Leemansio editum et numero 1350 designatum, nemo ante me nisi obiter et summatim tractaverat. Ne Pleyte jus quidem, quam Lugduni versans, qui primus in carceres descendit, thesin meam impugnaturus, unam saltem paginam analytice exposuerat. Quam debilia ejus arma fuerint, jam ex eo colligere licet, quod nullâ contextûs ratione habita, tot computorum nullum perscrutatus, leviter mihi objecit, me in vertendo praecipuo papyri loco vehementer erravisse[x].

Nempe dixeram, scribae nomen, in papyro Anastasi I lacunâ abreptum,

[x] In Periodice „Zeitschrift für aeg. Sprache etc. quam deinceps litteris PA citabo 6/1869, 33.

in ostraco Caillaud exstare sub forma , hieroglyphice , id quod valet Hui, atque hunc Huin eundem esse cum theodulo Hui , qui in papyro Lugdunensi sacerdotem Vulcani, cui nomen est Mesu, apud superiorem Anhur (Ὄνουρις) denuntiat, quod in sinu maris rubri Aelanitico lavacrum et pisces sumserit, qua utraque re sacerdotibus Aegyptiis interdictum erat. Totum locum ob eximiam ejus gravitatem hieroglyphice producere libet:



Dixit theodulus Hui flabellifer templi Solis, qui in comitatu magno (est) Regis,



in accusando sacerdotem Vulcani Mesu dicens: sumpsit unum lavacrum in τῇ



Aolath (atque) pisces, peragrans τὴν Συρίαν (Khar). Is dixit mihi sexcenta de



Chelebu (urbe), quae cavet valde, [sic] dicat unicuique". Contra Pleyte jus sic: „Mention du prêtre Merimat, de l'ab de Ra (qui ?) se trouvait dans le grand s/ch (sic!) du sud; le prêtre se trouvant là, un gotem Ptahmesu lui annonça, qu'un vab de l'ari de Ra qui appartient au Katena nommé  avait volé. Le préposé des troupes l'avait communiqué au Karo (cocher du roi) qui n'en savait rien, ayant la garde du château".

Quae de confusione (sive Galimathiam sive Humbug vocare malueris) si quis sensum elicere potuerit, me devictum esse confitebor atque manus dabo.

Licet haec objectio flocci facienda sit, nihilominus alios Aegyptologorum e coetu, quominus a meis partibus starent, deterruisse videtur. Quo factum est, ut pretiosissimum post hominum memoriam documentum, papyrum Anastasi I dico, quod maximam partem ipsius Mosis verba probet, caeteris obstinate silentium observantibus, a me uno defendatur. Vel viri sagacissimi Chabas et Goodwinius, quamquam in eorum favorem militat, operi meo non adhaeserunt, ne tunc quidem, quum Brugschius, vir de re aegyptologica alias optime meritus, mala avi veritus in critica francogallice scripta, totum iter prorsus negavit, pensum lusus cujusdam litterarii sine ulla realitate esse dictitans. Scilicet Brugschius apparatum itineris eodem fere quo Chabas modo accipiens versit: „Sors, examine le joug de ton char, les chevaux sont rapides comme des léopards; leur course est ...., ils sont comme les souffles du vent qui se lève. Prends ton armure, saisis ton arc. Que nous voyions ce que ta main fera. Je vais t'expliquer ce que c'est que d'être un héros, je te ferai voir ce qu'il a à faire. Tu n'est pas parti pour le pays de Chéta etc."

Ergo, ex Brugschii sententia, junguntur equi currendo inhiantes, aptatur currus, armatur heros – ut ne iter revera ingrediatur! Qua sensus depravatione nil potest perversius excogitari. Quanto melius Chabas! „Partons! Tu as vérifié l'attelage; tes chevaux sont rapides comme des chacals; leur oeil est enflammé; ils sont semblables à un ouragan lorsqu'il éclate. Tu prends les rênes; tu saisis l'arc; nous contemplons les actes de ta main. Je te renvoie

le portrait du Mohar; je te fais connaître ses actions. N'es-tu pas allé au pays de Chétaïcto." Quā in versione quum omnia bene cohaereant, negationi 𓄿 „non", interrogandi vim inesse quilibet philologus concedat oportet. Ergo locutio, Nonne peregrinasti in terram Chetaeum" genuinus ejus loci sensus putandus, et Moharitte revera Syriam peragrasse (κτεp) credendus est, quem Huis scriba pag. 18, lin. 2 casu vocativo 𓅱𓇋𓊪𓄿𓏏 „o tu Moses! alloquitur. Quae omnia in libro meo anni 1868 fusius elucidavi.

Ephemeridibus aliquot exceptis, quae thesin meam Herbipoli 1868 in consessu Philologorum et Orientalistarum pronuntiatam cum plausu aliquo excoperunt – de contraria critici Lipsiensis in centrali schedā litteraturae opinione sub calcem hujus operis sermo erit – nemo in castra mea transiit. Veluti juvenis Augustus Eisenlohr, quamquam per litteras testatus, a se thesin meam de Mesu et Sesostridis phoenice coram Senatu Universitatis Rupertinae defensam fuisse – nempe ut gradum Docentis assequeretur – tamen in libello suo „De politica Aegypti Ramesse III regnante Statu" pag. 5 ita scripsit: ... „Ingenious as this combination of Lauth relating to the identity of the Mohar and the Mesu) was, it was not accepted by the men of science". Dolendum est, quod criticus via ex ovo enucleatus nomina istorum „Sapientum" omisit. Fortasse ad eorum tribunal ipse provocassem. Non erubuit criticus, versionem meam totius papyri cujus poëticam partem ipse in „Manuali Aegyptiorum mathematico" p. 11 laudibus effert, vel Heathii (Exodus Papyri) hallucinationibus postponere!

Alius collega: Valdemar Faber (Schmidt) Danus, pro suae gentis civilitate, mihi quidem iudicium seu potius indicium hisce de Mose meo verbis enuntiavit in „Isagoge in Syriae historiam" p. 39 not. 2: „Efter Lauth: „Moses der Ebræer", skulde Moharen ikke være nogen Anden end Moses, Israels Lovgiver". Sed in contextu scripsit: „Hans (peregrinatoris Papyri Anast. I) Navn er tabt, hvorfor man i Reglen kalder ham Moharen, en Titel, som hans Biograph, Skriveren Hui, ofte tillægger ham", non animadvertens, se cum scriba Hui simul Mosen meum agnoscere. At in opere „De veteris Assyriae et Aegypti historia" Faber noster p. 603/604 not. χ in critices campum descendit, scribens: „. . . men uheldigvis er de Grunde, Lauth anforer for sin Paastand, ikke meget overbevisende". Declaro, me nunquam thesin meam superargumentari voluisse.

Quod ad Lepsium attinet, is vir doctissimus litteris Berolino ad me datis se dubitare ait, an collegae Mosen meum accepturi essent, quid ipse sentiret, haud ita profundo obvelans. Quodsi quis putaverit, Lepsium, quod primus de aequatione nominis 𓄿𓅱𓏏 Mes cum Mose tanquam „infante" (nec natus, puer) cogitaverit, Mosis quoque mei fontem esse, vehementer erraret. Nam quem Lepsius perhibuit, is vixit Sethosi II regnante, post Exodi tempora, atque Aethiopiae praefectus fuit. Quare imerito Lepsius Mosen, quem ego solus hucusque tuitus sum, vindicaret. — Unum ex collegis, qui anno 1868 librum meum, Aegyptologiae doctoris" appellavit, silentio praetereundum existimavi. Nox aut plagiatus arguam.

## Novae confirmationes.

Quum, nemine mihi auxilio veniente, ipse in dubitationem revolutus essem, pertempestive in monumenta Serapei, ab Aug. Mariette publici juris facta incidi. Proh! dolor! e tot millibus inscriptionum figurarumque non nisi XXXVI tabulae, partem III^am^ formantes, apparuerunt, quemadmodum his diebus vir perspicacissimus Eug. Revillout Lutetia Parisiorum litteris ad me datis certiorem me fecit. Deest quidem vel hujus voluminis textus explicativus, quem auctor operi suo, Napoleoni principi dedicato, nox additurum se esse pollicitus, ne nunc quidem pro programate suo lectoribus discendi cupidis subministravit. Qua de causa nobis ad parcas parvasque notiones confugiendum est, quas Aug. Mariette dissertationi suae de 64 Apidibus in „Athenaeo francogallico" (Bulletino archaeologico) 1855 inserere dignatus est. Pagina 67 not. 44 de statulis in camera sepulchrali sive Apidis sive regis filii Chamoas sic habet: „J'en ai compté depuis 247. Elles sont toutes gravées au nom des principaux personages de Memphis. Les femes y sont admises en assez grand nombre. L'étude de ces monuments fournira des détails précieux sur l'aristocratie de Memphis, quinze siècles avant Jésus-Christ. Il est à remarquer que tous ces personages, bien que vivants, prennent le titre de justifiés (ailleurs) appliqué aux morts. Ils s'assimilaient ainsi au dieu dont ils célébraient les funérailles" (Osiris-Apis = Serapis indigitatis).

(Quae subjicit de regis filio  (Chamoas/Χαμοΐς), haud minoris sunt momenti. „Il a multiplié ses images dans cette tombe qui paraît avoir été spécialement érigée par lui. Les variantes des titres que prend le prince, seront curieuses à étudier. Sa généalogie est, du reste, celle qu'on retrouve sur d'autres monuments. Ici Isis-nofre, l'épouse de Ramsès II est appelée la grande chanteuse principale, celle qui est avec Neith dans Saïs, la royale épouse etc". Similem textum e Lepsii libro Regum (N. 429 c) in „Moses-Ebraeus" desumpseram pag. 67, simul monens, Arabibus Muhamedanis praeter prophetae domus illustres feminas Fatemam et Chadijam etiam Asiam (Asiah) Pharaonis uxorem et Mirjam Mosis Aharonisque sororem, inter honoratas referri. Jam vero, ad similitudinem deae Vidis, quae plerumque apud Aegyptios  Aset nter muth „Isis dea materque" audiebat, etiam regina Isis cognomine hoc Oéquovris praedita fuit, praesertim ob Mosen servatum matronae munere fungi visa. De genuina nominis Mirjam scriptione „Pars historica" nos docebit.

Cum regis Ramessis II Sesostridis filio seniore: Chamoas dico, Mosi nostro familiaritatem quandam intercessisse multae res nobis persuadent. Ex more sive temporis illius sive aulae pharaonicae non solum titulis, sed etiam nomina propria multiplicabantur. Quod ad titulos, luculentissima nobis exempla afferent Huis scribae epitheta. De regis filio Chamoas, Aug. Mariette pergit enumerare:

„Sur une autre statuette on lit la légende: „Le royal fils, le Sam-Schaem-Djom (lege Cha-m-oas!), il donne d'illuminer ce qui est caché(?), son nom fait paraître Sothis là où est Sahou (Orion). On voit par ces échantillons choisis au hasard, de quelle variété de documents nos connaissances sur l'antiquité égyptienne vont avoir à profiter! Utinam appareant! Forte fortuna textus hic originalis sisitur in tabula 13 Serapei Memphitani", eundemque in tabula mea paginae 17 loco fungenti adjungendam curavi. Est autem ejus tenor hic:

 Regis filius praelatus: Cha-m-oas, qui dat coronam (deo) occulti nominis, qui facit oriri (cor-ysa) Sothin ad latus Orionis (Sahu)". Quibus verbis haud dubie ad astronomicas ejus functiones alluditur. Nam in tabula 8 unâ cum patre Ramesse II, Sesostride itidem adorat Serapin , qui cyclum illum 25 annorum repraesentat, deum Tum , et Horum vicis, deum magnum:  , quem ad mediam tetraëteridem spectare, Lars chronologica" nobis ostendet. Idem filiorum regis princeps et in insula Pi-lak (Philae) et in statione militari Silsilis triacontaeteridas patris inde ab anno XXX usque ad ann. XLVI regni ejus adnotari jussit. Eundem mox, quando de Sesostridis phoenice agetur, una cum ministris regiis anno LII, ultimo die mensis Mechir, publica panegyride fausta regi precantem inveniemus, quo die a scriptore papyri Lugdunensis notatur initium âni retrogradi".

Quorsum haec? forsan aliquis interrogabit. Respondeo illico: Ut intelligantur, quae jam de Mosis astronomico titulo sum prompturus. Inter alia notatu digna, quae Georgius Syncellus, Aegyptologiae fons atque scaturigo, ex antiquis auctoribus excerpsit, pag. $\frac{226}{227}$ haec meminisse juvabit: „Gemino itaque (ut Ioaris utar verbis) nomine fuit insignitus et rerum ab eo gestarum comendatio geminae titulus exstitit appellationis. Melchias enim rex, Moses, saura Aegyptiorum linguâ, ex aquis ereptus. Idem autem a Thermutide Pharaonis filia, quae et Pharia, regina adoptatus, litteris Aegyptiis apprime, velut reginae filius eruditus, regnantis ex aquis nomine merito vocatus est etc." Nomina sunt genuina, falsae definitiones.

Paucis ut absolvam, ad dissertationem meam „de Tetraëteride" lectorem allegaverim, ubi de collectionis Caillaud ostraco, in PA per virum penetrantem Chabas p. 37 sqq. an. 1867 tractato brevis nota est. Post enumeratos aliquot operarios cum dato, ultima linea fert haec:

Chabas vertit: „Pentaour a fait ce qui lui a plu", citans, quae alias de Penthueri, Aegypticrum Iliadis poëta, magister ejus: Amenemau pronuntiavit: „il est comme un aviron sorti de sa place et qu'on ne peut plus manier en aucun sens". Quibus verbis poëtae, qui res a Sesostride in Syria ad Orontem gestas magnificavit, ne gravis fiat injuria, vehementer timeo. Accuratius attendenti ulli-

ma signa non constituunt duas voces cher-su „apud eum" quae et ipsae verbo  mer „amare (i), carum esse, placere" congruae vix essent, sed unam notionem, quae in templo Apollinopolitano saepius deprehenditur:  merchet, instrumentum quoddam visorium denotans. Quidni vox coptica ΜΕΧΧΙΑΤ „considerare" id ipsum referat? Qua ex voce Μεχίας fluxit, quod Judaei, prae omnibus gentibus jactatione sui laborantes, cum  „melech-rex" confuderunt. Nonne Judaei antiquitus Hyqussos „reges pastores" eadem vanitate ducti, sibi arrogare conati sunt?

Certe Moses, praestantissimus suae nationis heros, regiam dignitatem nunquam affectavit, deorsum vocari contentus. Atque si Coptis est ΜΟΝΙΟC pastor, non de regibus sed de gregibus cogitandum, quos Jethro socer qui et Raguel vocatur, custodiendos ei tradidit. At praeclare quadrat titulus ΜΕΧΙΑΤ „considerator" quae vox et ipsa a sideribus contemplandis ducitur, praesertim quum Manetho, ejus secretarius, in pap. Anast. I p. 10,2 dicat, Mosen versatum esse in domo anonymi cujusdam militum praefecti, quo tempore vacaret studiis in instituto  litterarum urbis Heliopolis  Anu (On). Hinc et ex turri astronomica ibi antiquitus fundata explicatur nomen Ἀσεδέκ (Jesaias XIX 18) - civitas Solis" (Vulg.) = „urbs disci solaris". Hieroglyphice est  „domus contemplationis" (Oasis col. 32 cum ), et Αἴνος - „domus scientiae".

Mosis titulum Μελχίζ ad astronomiam spectare supra demonstratum est. Neque minus manifestum videtur, quod dicitur πᾶσαν Αἰγυπτίων ἐπιστήμην παιδευθῆναι [Syncell. p. 227 et Acll. Apostoll.] id ad siderum observationem, qua maxime callebant Aegyptii, esse referendum. Conferas, quae idem Syncellus p. 183 de Abrahamo praedicat: „Abraham, Chaldaeus genere, primam aetatem apud Chaldaeos egit et astrorum notitia reliquaque Chaldaeorum eruditionis particeps fuit". Jam vero, quum juxta Chaldaeos Aegyptii rei astronomicae imprimis periti fuisse tradantur, verisimillimum est, iisque quoque studiis Mosen operam dedisse. Hinc elucidatur locus pap. Anast. I difficillimus, qui virorum Chabas et Goodwin acumen frustra exercuit: 123, 5. Postquam Mohēr Libani capitanos, gentis Schasu (unde Hyqu-schōs) ductores rebus fortiter gestis admiratione affecisset, ita ut, manibus datis, mensae suae eum adhiberent, isque longo defessus itinere esuriens cibis se impleret, mirabundi exclamare: 𓄿𓂋𓅱𓏏𓊪𓈖𓂋𓄿𓀀𓏏𓊪𓄿𓂋𓅱𓏏𓊪 𓄿𓂋𓅱𓏏𓊪𓈖𓂋𓄿𓀀𓏏𓊪𓄿𓂋𓅱𓏏𓊪, O Bijta! instar cameli (εορτλ) Mohēr (est) in edendo! Atqui Bÿten praehistoricum Heliopolis dynasten fuisse, in Chron. aeg. mea p. 30 sqq. luculenter exposui unā cum hoc papyri passu, atque mox ego Apidis insuper confirmare potero. Notandum, praeter titulum mohēr, qui a radice מָהַר „festinare, praeire" procedit, etiam kāmo particulam ad Ebraeorum conjunctionem כְּמוֹ, כָּמוֹ instar, quomodo respicere, sicuti vox ail אַיִל - אַיָּל aries (air!) cum אַיָּלָה cerva, ἔορτλ cervus, camelus facit,

Neque Iobel ille silentio praetereundus est, quem quinquaginta annorum fuisse – ne multus sim – hoc solo Syncelli p. 185 testimonio confirmare lubet: Ἰωβηλ δὲ πρὸς αὐτοὺς (τοὺς Ἑβδόμους) ἦν περιηλυθεν-ρίς. Atqui hic cyclus nonnisi geminum Apidis annorum numerum refert, qui taurus saepissime cum Mnevide consociatur, veluti in Bruxii collectione I pl. 38, 2 col. de deo lunari  Chansu-Luno noctis, secundo (id est: altero) Solis" praedicatur col. 6: „fraternant aliquando in panegyride paris boum fratrum." Quid multa? In parte historica et chronologica operis hujus sistetur stela, par illud taurorum eadem primi mensis Thot hora ob epocham inkr. emtos ostendens, nimirum anno regis Sesostridis XXIII. Huc accedit quod Moses noster in pap. Lugdunensi I 350 col III lin. 13 memoratur his verbis:  Deserit sacerdos Vulcani Mesu cultum Vulcani ob functionem apud Apidem et Mnevin sviam. Quae cum praedictis optime congruere nemo infitias ibit, praesertim quod in parte historica (cf. frontispicium totius mei libri) revera Mosen, una cum muliere, supra quidem Vulcano et Osiridi, sed in scena media soli Apidi sacrificantem deprehendet. Hinc conjicere licet, Iobelis institutorem ad utrumque taurum sacrum respicientem pro ἐνιαυτὸς περιηλυθεν-ρὶς suam περιηλυθεν-ηρίδα effinxisse. Simul ex his apparet, Mosen iisdem, quibus princeps Chamoas, notionibus astronomicis imbutum, atque hanc studiorum communitatem amicitiae eorum vinculum, praeter adoptivam fraternitatem, fuisse.

Serapeum quoque Memphitanum Mosen regis filio familiarem exhibet. Tabula enim 13, equa supra principis legendam quam vocant Desumsi, ad latus ejus ostendit figurinam elegantem et praeter solitum morem vestitam cum hoc textu: . Illumina Osiri (Hapy), regium scribam, praesidem aedis Vulcani veridicum: Mesu. Quae formula, licet usitatissima, heic loci non de mortuo, sed de vivo Mose accipienda est, quemadmodum jam Aug. Mariette loco supra pag. 6 penult. allato, titulum  illa in camera sepulchrali de vivis usurpari consueseait. Eundem titulorum ordinem exhibet stela in frontispicio proposita, de qua mox in Parte historica uberius agetur. Ergo de Mose biblico est sermo; nam ibi unâ cum uxore Debarjah, cum fratre Levi Aharone etc. disputatur. Quae si quis recte perpenderit, pulchritudinem quoque figurinae Mosis ad illud Exodi et ad illud „ān-n-petar pulcher adspectu" Pap. Anast. I (cf. cum coptis ⲡ̄-ⲁⲛ placere, ⲛ̄-ⲁⲛⲉ pulcher respicere concedet.

Quod ad titulum Βασιλικογραμματεύς, ejus pronunciatio antiquior sach-suton fuisse (cf. cab-corten) videtur, prout ex sculptura aenigmatica jam anno 1866 in PA e monumento bigrapho erui, scriptiones et juxta ponendo, cujus meae indagationis complures collegae, saltem in silendo, obliti esse videntur. Sed quum inscriptio Philensis titulum sacerdotalem ἱερογραμματεύς hoc modo hieroglyphice designet:  „scriba domûs vitae duplicis", ex hâc posteriore pronunciatione Dhi-suten fluit.

Reverâ hic Mosis titulus in traditis est. Namque Chaeremon Aegyptius apud Josephum Flavium [contr. Apion. I 32] de Leprosorum expulsione praefatus, sic pergit: ἡγεῖσθαι δὲ αὐτῶν γραμματέα (c) Μωϋσῆν. . . . . Αἰγύπτια δὲ αὐτοῖς ὀνόματα εἶναι, τῷ μὲν Μωϋσῇ Τισιθέν. En nostrum Dhi-suten, quod paullatim in Θισυθέν, Τισυθέν, Τισιθέν transiit. At proprie non fuit nomen (ὄνομα), sed titulus solum Mosis! Quamvis Chaeremonis, utpote serioris compilatoris, auctoritas haudita magni sit facienda, tamen hac in re tradenda bono ex fonte hausisse putandus est, quum Mosis antagonistam simili subtitulo introducat. Dicit enim: Φερσόφην δὲ ἐπονομασθέντα φάναι, ἐὰν τῶν τοὺς μολυσμοὺς ἐχόντων ἀνδρῶν κατάσχῃ τὴν Αἴγυπτον, πάντων αὐτὸν τῆς κρατήσας. Atqui titulus hic facile ex hieroglyphico prototypo  „ὁ superior primus tabellariorum" deducitur. Conferas, quae in dissertatione mea „de Horapolline" de duobus appellativis Ἰαννῆς et Ἀμβρῆς disputavi, ex  et  id est „litteratis et praestigiatoribus" esse exortos, et in nomina propria, Paulo apostolo tradita, transmutatos.

Tertia pars hujus operis luce clarius ostendet, neque Φερσόφην, neque, prout Josephus habet, Ἀμένωφιν Πάπιος Pharaoni Menophthae a consiliis de expulsione Leprosorum fuisse, sed Huin nostrum, Mosis et Ebraeorum acerbissimum osorem. Namque Amenophis ille, cum rege Amenophi III (Memnone Graecorum) cognominis, etiam  et  Hui audiebat et ab epochâ Apidis peream condidit Si-Hapu = Πα-Ἄπις.

Age jam, quaenam de Hui monumenta documentaque tradant, singillatim perscrutemur.

In papyro Lugdunensi ter nobis occurrit: III 30 modestus  Hui cum titulo  pedissequus Vegetinor. IV 19  proficiscitur Hui tempore matutino habens epistolam ad domum Solis (id est Heliopolin). IV 26 jam cum gradu, theoduli , flabelliferique domûs Solis, qui in comitatu magno regis versatur", apparet, Superiorem suum: Mosen, apud scribam pap. Lugdunensis denuntiaturus ob lavacrum et pisces sinûs Aelanitici et mysteria quaedam, quae Mohēr ille de Chalebu urbe eōcum communicaverat. Qui locus quum supra (pag. 2) satis explanatus sit, jam ad figurinas Huis in Serapeo transeundum est.

Datum papyri Lugdunensis est annus LII Ramessis II, Sesostridis. Quando figurinae in camera subterranea depositae sint, certiores nos facit Aug. Mariette, in Athenaeo francog. p. 86 sic elocutus:

„Les deux autres (Apis) avaient été déposés dans un même caveau sur l'une des parois duquel était tracé la date de l'an 55 déjà mentionée. L'un mourut alors que le prince Méneptah, qui plus tard devait succéder à son père Ramsès II, avait remplacé Scha-em-Djom (lege: Cha-m-oas) dans le gouvernement de Memphis... L'autre est mort par conséquent en l'an 55... la momie dont j'ai recueilli les débris, au lieu d'être celle d'un Apis, serait celle du prince Sch. lui-même."

Hinc quid sibi velint figurinae Mosis et Huis ad latus filii regii Chamoas, directe indicatur: sunt socii ejus in colendis campis Elysaeis: Suchet Aalu „campus Dei" (Ἠλύσιον πεδίον). Huis noster pl. 10 dextrâ sic praebetur:  cum titulo „magistri artis praecipui", sed cum determinativo viri vulgaris. In pl. 14 audit:  Osirianus sumus praefectus Memphidis", cum determinativo nobiliorum.

Alias quoque vestigia ejus deprehenduntur. Non loquor de titulo  scriba, quem gerit in papyro Anastasi I, quia multis gradibus communis est, sed de pap. Lugdun. I 349 vere calligraphico ex serioribus Ramessis II annis, ubi subalternus quidam „scriba: „Qeni-Amun salutat dominum suum Kazena ( ) Huin in instituto Ramessis II Μιαμούν", atque inter alia nuntium affert, se obedivisse magistro et domino quoad mandatum, ut suppeditaret provisiones militibus et genti peregrinae Aperu (Ebraeorum qui trahebant lapides ad sacrarium Solis a meridie urbis Memphidis."

In duplicata porro pap. Anast. I, ostraco Caillaud dico, Huis est:  pterophorus (in) regis dextra, praepositus urbi et terrae circumjacenti, nec non Oasis oleiferae: scriba Huis". Fausto casu Canopa ejus in Antiquario Monacensi asservata lacunas explet, ferens . Tantum ei profuerat commendatio Mosis in fine pap. Anast. I sic flagitata: „Fac verba de me cum Sar-oa-rab".

(Cha-m-oas)


II
I
III
IIIa
Ia
VI
VIIa
VII
VIII

In tabula modo producta praeter exempla paullo ante tractata Nris I, II, III, IV sub Nro I a aliud ad principem Chamoas relativum dissendum duxi, quod post ejus nomen et titulos adjungit hanc legendam:  , videas Solem orientem (praebentem se) in loco, in quo versaris". Denique sub Nro VI legimus:  „Regis filius praelatus Chamoas, una cum (uxore) Ant-chepes, filia fratris ejus Neben-Char". Et de nomine proprio Nebenchar-dominus, Syriace audiam, quod ad bellum Sesostridis contra Chetas eorumque socios spectat, moneo, in nomine feminae Ant-chepes posterius elementum ex voce semitica Liber, nobilis, immunis" illustrari. Neque mirum, quod vetustissima linguarum cognatio, Semitas inter et Aegyptios intercedit. Neque duae hae nationes communi fonte derivandae sunt. Sed a talibus vocibus accurate distinguenda sunt vocabula, qualia Bath-Anath, filia deae Anath" nomen proprium filiae Sesostridis primigenitae, vel Sar titulus, quem in fine paap. Anastasi supra deprehendimus in phrasi:  , invenis occasionem loquendi de meis (meritis) conversans cum Sare Va-m-ab". Qui titulus Sar, manifesta ex Semitismo mutuatio, principi Chamoas consentaneus est, ad cujus nomen ipsum Chamoas illud Va-m-ab efficium esse videtur. Neque absonum quid significat; nam Va-m-ab sive Va-m-hati (utraque enim lectio aeque probabilis) cum copto ⲱⲟⲩ-ⲛ-ⲫⲏⲧ „longanimis" consentit et principem Chamoas praecelsis longanimem fuisse, id ex humanioribus ejus studiis satis apparet.

Neque Ramesses II rex ipse similem nominis proprii detorsionem effugit. Quid enim aliud est celeberrimum illud Sesostris Σέσωστρις sive Σεσόωσις, nisi elementorum nominis Ra-mésses, quod proprie „Sol natus hic (est)" significat, transmutatio in Ra-ses(t)-su, quod „Sol sublatus (educatus)" denotat, si cum copto cwcı „sustollere" et cum hieroglyphica voce  sos conferas, cujus vis ex inscriptione Rosettana (lin. 4) obvia fit, ubi demotice (lin. 20) „ti-munq-t, mornk construere, exstruere" reddit. Neque hac libertate contenti, scribae, licet Ra-sest-su scribentes, transpositionem quoque elementorum in pronuntiando hoc nomine sibi permiserunt, omissa ad libitum voce Ra „Sol". Veluti scriba pap. Anast. I una cum cognomine Mery-Amun-ĕv-Ἰμουθ ἀδελ (ἀγαθῷ - sic Hermapion, qui constanter Σεσόστης graecis) unde illud apud Josephum Manethonis Σέσωστρις-Μιαμοῦν, pleniorem formam Ra-sest-su, unde Se-sust-re Σέσωστρις, non ubique adhibet, sed interdum Sest-su scripsisse videtur, quamquam duas has formas amulo  signatorio insigniens. At scriba pap. Leydens. col. III 28 praescr:  datum est (hoc die 28^mo^ mensis Mechir) pedisequo Hon-en-Sesesu (duo panes triticei)", sive capis tanquam nomen proprium „pedissequi", sive vertis: „servo regis Sesoosis" certe anuli absentia habet, quod offendat, nisi ex familiaritate, quae Onuri cum rege intercedebat — quae ei ipsa scribis, pharaonicae aulae frequentatoribus, concessa poterat — hanc libertatem explicare malueris. — Utut res se habet, contextus testatur illud non obstante determinativo vulgaris ad princ. Chamoas pertinere.

Feminis quoque ad cameram illam subterraneam patuisse, quam Chamoas princeps et sibi et Apidi exstruxit additum documento est fratris Nebencharis filia Ank-chepes, quam ipse sibi sociavit, uti supra docui. Aug. Mariette, qui hoc par cognatorum (in tabula 8va „Serapei Memphitani") colore roseo fulgens et fenestrae obumbrans edidit, pag. 47 „Athenaei" sic ait: „... les statuettes étaient reçues dans le caveau et jusque dans l'intérieur de la momie sacrée elle-même, les stèles étaient littéralement reléguées à la porte." Non intellexit vir alioquin perspicacissimus, figurinas die funeris cum mumia fuisse depositas inclusasque, contra stelas post exequia muro exteriori affixas. Quare haud ita mirum est, quod etiam Huis artificum magistri uxor (N^o 20 v, pag. 17) sic introducitur: [hieroglyphs] „domina domûs Huis; veridica", nomine ejus proprio tacite subintellecto. Eodem modo in „libro mortuorum" (seu potius „Hambres" vel „Piremhari" vocando [hieroglyphs]) occurrit passus (cap. 143, coll. 24/25): „Seti (dea Amenthi) porrigit brachia sua duo ad excipiendum te (Osiriane Ausanche-Εφώνχ) [hieroglyphs] una cum domûs tuae dominâ." Similiter in textu Miramarensi hieroglyphice tantum [hieroglyphs] „domina domûs" (Enhuramyis cujusdam) indicatur, sed demotice: [hieroglyphs] „Isenpaonch uxor" (ejus) nominatim vocatur.

Quatuor feminae (sub N^is VII et VIII pag. 17) cantatrices et psaltrias more Aegyptio delineatas repraesentant; ad eas, ubi Mirjam occurret, provocabo. Ultimum infimumque eidyllion, ex Aug. Mariette (Athenaeo pag. 48 figura 3) desumtum, prope virum face munitum stelulam exhibet, unde secutura pendent.

# Pars historica.

Quamlibet ubera theseos meae argumenta e documentis papyraceis nec non e monumentis Serapei lapideis hactenus suppeditata sint, attamen adhuc desideratur lapis ille angularis, quo possit aedificium firmiter inniti. Fax illa modo citata stellulam ostendit oculis, unde lucem nobis exorituram expertus intume confido. Namque divina quadam providentia factum esse videtur, ut, omnibus undique sepulchris devastatorum manu jampridem funditus eversis, id unum intactum relinqueretur usque ad eum diem, quo ab Augusto Mariette primum est reperta intrataque. Audiamus ipsum hac de re in Athenaeo pag. 66 disserentem:

„Le 15 Mars 1852, étant entré dans la chambre n° 2 des petits souterrains (découverts le 12 Novembre 1851), je m'aperçus que

la paroi Est de cette chambre, heurtée avec une massive de fer, rendait un son creux, et j'en conclus, qu'il devait y avoir de l'autre côté de cette paroi une chambre encore inconnue... le 19 Mars je découvris tous les symptômes ordinaires qui annoncent une porte, laquelle en effet ne tarda pas à paraître... complétement murée, et je devais en conclure que... cette chambre devait être parfaitement vierge". *Pergit in sequentibus enarrare, quo in statu interiora camerae sepulchralis loca invenerit. Ex hac sunt oriundae figurinae illae, de quibus supra sermo fuit; heic moramur solam portam, quae stelulas undecim praebet, atque vicinas muri partes, ubi decem ejusdem generis monumentula apparent.*

*Quorum quod extremum est, prope facem accensam in manu hominis (N° IX pag. 17 hujus operis), idem esse suspicor cum eo, quod Augustus Mariette in „Serapeo Memphitano" (pl. 18 part. III sinistrâ) publicavit. Hoc conspicis, lector benevole, in frontispicio atque ad calcem libri mei. Ubinam nunc temporis asservetur, unice ex Libellini „Dictionario hieroglyphico" docemur; quumque vir alias accuratissimus pro triginta columnis, quae sunt in monumento, tres tantum easque haud ita integras sub N° 964 operis sui publicaverit, exinde conjicere licet, hieroglyphorum formas et temporis et temeratoris alicujus injuria fuisse lectu difficiles redditas. At brevis Libellini nota: „Louvre, stèle d'Apis" sedem ejus nobis indicat.*

Idibus igitur Martiis anni post Christum natum 1852 Augusto Mariette contigit, ut praeter alia monumenta plurima (septies mille!) hanc quoque margaritam, stelulam nostram dico, de muro Serapei detractam, Lutetiam Parisiorum in collectionem mitteret, cujus ipse cum Vicecomite Emanuele Derugato conservator erat. Ex parte mea historica aeque ac chronologica luce clarius apparebit, hoc pretiosissimum post hominum memoriam monumentum, quod hucusque neglectum ne catalogo quidem continetur, abhinc MMMCCCC annos ipsius Mosis jussu muro infixum, atque nostra demum aetate in situ (sic!) repertum esse. Nam quin genuinum sit ne dubites, facit adspectus photogrammatis, ad quod lectorem identidem relego, quamdiu in sequentibus capitulis de eodem sermo fuerit.

Obiter intuenti quidem scenam in eo repraesentatam, ab aliis stelis haud ita multo differre videatur. At quicunque accuratius perpenderit, ibi non pauca deteget specialitatis indicia. Primum deorum trias in superiore parte sedentium non secus atque sacer Apis, qui media in stela basi insistens conspicitur, non dextram (e monumenti sensu) occupant, sed sinistram. Deinde textûs columnae quinque priores, non ad triadem vergunt, quorsum pertinent, sed cum sequentibus quinque ad par adorantium spectant. Denique tertia pars altare quidem, sed sine deo praebet.

Deorum Memphitanorum trias, sellis, ut ita dicam, cumulibus insidentium, munera panum florumque accipit, cippo imposita. Textus marginalis obtritus quidem, sed e vestigiis formulisque usitatis facilis est restitutu:  „Oblatio orthodoxa (diis) Ptah, domino ulnæ – Dhitanen, regi magno, pulchro faciem – Osiri super sede præcipua".

Peculiare quid habet haec trias: pro deo Socari introducitur Dhitanen, cujus nomen saepius sub simpliciore forma Tanum occurrit, veluti in hexametris a mercenariis graecis prope Sagaram lapidi incisis:

Ἀντ' εὐεργεσίας ἄνδρες ξένοι ἀνέθοσι
Τάϊσδε πρὸς οἰκοδομαῖς Τάνιν νεὸν ἱδρύσαντο.

Quod ad epitheton „rex magnus" attinet, monendum, in deorum dynastiis, Memphitarum e doctrina, Ἥφαιστον (Ptah-Tanum) primum locum obtinere. Triadis hujus vestigia vel in nominibus urbium adjacentium deprehenduntur, si quidem, id quod nemo in dubium revocat, Memphis sacro vocabulo Hut-Ka-Ptah, aedes personae Ptah" –, Socari hodiedum Sagarah – Busiris autem „unde ascendere solent pyramidas" (Plinius), hieroglyphice  Pa(r)-Osiri scripta, et ipsa duabus aliis vicina fuit. – Sed epitheton „super sede praecipua" Heliopolin aperte sapit. Revera Youngius (Hieroglyph. II 63, 1 fort: et ejusdem temporis persona, Heliopolitanus: Moses-Osarsyphus, proxime nobis fit obvius.

# MOSES-OSARSYPHUS.

Vere divinus post deos Aegyptios exsurgit vir: Θεόπνυς Moses. Trias illa Ptah-Tanun-Osiris, antiquiore proportionum canone efficta, sceptro combinato 𓋹 munita, veluti brachycephalorum typum refert, quum vir et femina, more Aegyptio manibus elevatis adorantes, potius ad dolichocephalos pertinere videantur. Neque obliviscendum, id quod jam supra monui, textus columnas sinistrorsum procedere quasi ad hominum dyada, non ad deorum triada respiciant. Quod consulto, praeter consuetum ordinem, ita fuisse institutum contendo, scilicet ut posterior pars legendae Osiridis, simul adpersonam adorantis traheretur. Age, jam contemplemur sequelam!

At, proh dolor! statim a limine magnus unius columnae hiatus obvius fit, neque quidquam ex signis de industria deletis elici posse videtur. Solum character finalis servatus et manum viri dextram attingens 𓀀, quem ut compleas sic: 𓀀𓏏, poscit legendae et vestigiorum ratio. Huc accedit, quod in columna proxime antecedenti, unum conspicitur signum, a Maeandri fluminis ambage vocatum 𓊪, ex quo Semitarum 𐤌, Occidentalium Ǝ vel E originem duxit.

Attentius consideranti photogramma mox plura signorum vestigia se prodiderunt. Habet enim distincte (ut monumenti ordinem retineam), hasce formas: = sar vel sal, cum determinativis caveae et loci, quae vox, ob articulum antecedentem 𓉔, necessario apud Semitas Ebræos dico, quaerenda inveniendaque esse videtur, ita ut habeamus: סַל „ὁ corbis, ἡ fiscella, τὸ canistrum". At quomodo pergendum est?

Hac difficultate laboranti pertempestive venit auxilio mihi brevior illa dissertatio „Moses-Osarsyph" inscripta, quam abhinc octo annos publici juris feci*. Cujus summa fere haec est: Nomen Ὀσάρσυφος, apud Manethonem de Exodo agentem bis obvium, nil aliud esse nisi „fiscellam scirpeam", in qua (Exod. capo II, 3) parentes eum infantem exposuerant. Est autem prior Manethonis locus, apud Flavium Josephum exstans, hicce: Οἱ δὲ (μαγοί = leprosi) . . . ἡγεμόνα αὐτῶν λεγόμενόν τινα τῶν Ἡλιοπολιτῶν ἱερέων Ὀσάρσυφον ἐσήσατο. Posterior locus haec fert: Λέγεται δὲ, ὅτε τὴν πολιτείαν καὶ τοὺς νόμους αὐτοῖς καταβάλλοιεν ἱερεύς τὸ γένος Ἡλιοπολίτης, ὄνομα Ὀσαρσύφ, ἀπὸ τοῦ ἐν Ἡλίου πόλει θεοῦ Ὀσίρεως, ὡς μετέβη εἰς τοῦτο τὸ γένος, μετονομάσθη τοὔνομα καὶ προσηγορεύθη Μωϋσῆς (Var. Μωσῆς apud Theophilum).

Revera ostendi Osiridis legendam: „As-ar-Suph, nobilis (simus) animorum Heliopoleos"; unde illud cognomen Ὀσαρσύφ fluxisse nemo prudens infitias iverit. Sed accommodationem, non mutilationem, esse jam videamus.

* In Periodico „Zeitschrift der Deutschen Morgenländischen Gesellschaft 1871, p. 139. Breviter PO.

Caeterum jam tribus annis ante in libro „Moses der Ebräer" (p. 69), idem proposueram: Das eben besprochene סוּף suph gibt uns den Schlüssel zur Erklärung des –σύφ; was Ὄσας betrifft, so erinnere ich an den Wechsel von z u. ṯ im Aegyptischen, der auch im Semitischen vorkommt עמל = עמז, cf. et מדלות = מזלות Masaurât Arabum apud Caillaud; denique, sis, עצלון = עצרון)... Übrigens ist es unbenommen, auch den gewöhnlichen ebräischen Artikel ha (= הַ) anzubringen, um dann Ὄσασυφ zu bekommen... Vergleicht man das deutsche Wort Schilf mit dem verwandten scirpus, so ist meine Überschrift: „Grosshaus u. Binsenkörblein" gerechtfertigt. Nempe vocabula Paz-aó פרעה (id quod ex Horapollinis versione οἶκος μέγας in legenda Pharaonum usitatissima Par-ao „domus magna" eruram) et Ha-sar-suph „fiscella scirpea" tropos esse, ibi continens pro continendo positus, atque ideirco pag. 65 haec duo adversis frontibus opposueram. Quam hypothesin nunc re comprobari valde laetor.

Columnam stelulae mediam, quae ferme radicitus delita est, vestigiis quae tantam plagam subterfugere, ducibus atque coeteris documentis munitus, lectoribus cum fiducia quadam sic restituo: Quae legenda, adjuncto ex praecedenti columna praeambulo Ha-sar „Hasarsuph, nobilissimum ingenium in urbe Heliopoli". Ergo ex Osiris Heliopolitani protocollo desumta quidem, sed ad hominem, cujus nomen proprium proxime sequitur, ambiguitate quadam deflexa atque conversa est, ut et finis legendae dei Osiridis, et initium titulorum nominisque Mosis evaderet.

Hinc perspicuum fit, cur haec columna (textûs) non temporis vel casûs cujusdam, sed manûs humanae injuriâ paene tota pericrit. Scilicet Aegyptiorum aliquis, Osiriani cultûs fervidior zelator, latem divinae legendae usum seu potius abusum indigne ferens, quo tempore Moses apertus Pharaonis antagonistes exstitit, eradi jussit. Quem ne longius repetas, sisto Huin nobis jam notissimum, Mosis secretarium, qui non solum per totum papyrum Anastasi I, praesertim eo loco, ubi contra magistri convicia recalcitrat (cf. ostraca Caillaud et Parisiense) fervidissimum Osiriani cultus sectatorem se profitetur, quod mater ejus: Tavesurt deae Byblensis (id est Isidis Asiaticae) sacerdotissa erat, haud absonum ab hoc zelo — sed etiam in canopa Monacensi, praeter consuetudinem, 𓂋𓏏𓊪 Pidósis = „Osiridis amans" nuncupatur. Quâ de re in Parte III, ubi de Exodo sermo erit, fusius tractabitur.

Atqui reverâ vastator columnae mediae textûs nostri Mosi familiariter usus fuerit oportet. Namque in locum verborum „Sal-suph, chepesi biu em Anu", quinque capita personarum quinque stelulae nostrae substituit, quae sic superpositae sunt: . Quod primo adspectu casui tribuerunt, id duplici photogrammate tanquam genuina artificis machinatio probata est, quasi dicere voluerit: „Sic Moses, princeps est (שַׂר, pro מַלְסַר) familiae rebellium"; nam 𓀀𓂋𓏏 vel 𓀀𓂋𓏏𓊪 respondet voci כּוּשׁ rebellis, עוֹל fasciculus; Graecis quoque ἀσπάστης colluvies, faex populi" a radice אסף colligere (cf. Packly). Sunt autem hae quinque personae: Moses, Ziporah, Aharon, Mirjam, Elizebat.

Has imagines quinque, licet leviter tantum ab artifice adumbratas, tamen maximi momenti esse, quia ipsius Exodi tempora et tempestates ad oculos quodammodo demonstrant, neminem fugiet. Sed timeo, ne multis somniare videar, si hoc loci cuncta hujus sculpturae corollaria decerpam. Quare ad calcem singulorum capitum demum de iis sermo reiterabitur.

Quod proxime sequitur in columna sexta, est titulus pasi-Dionysiacus, quem cum tradito Tibcvér eundem esse supra demonstravi. Alter titulus audit Mur-par-Ptah = accinctus templi nū Ptah. Vox , phonetice mur cf. μορρ, μηρ accinctus, μαλτ barba (quae apud Aegyptios accingi solebat) dignitatem designabat hieraticam, quae clavo, ut apud Romanos, prae caeteris distinguebatur, in bilinguibus monumentis vocumenbisve respondet Graecorum ἀρχι-(ἱερεύς). Sed haec quaestio hoc loci minoris est momenti; multo majoris, quod figura dei Ptah additur, quā actis demonstratur, nomen adorantis. post hoc divinum nomen demum incipere. At, vel posito, nomen hominis fuisse Ptah-mes, ut Pleytejo placuit: Nonne saepius nominis compositi, priore parte omissa, brevitatis causa, ut etiam aliis in linguis fere fit, sola pars posterior pronunciatur? Clavi jamdudum e stela Vindobonensi Scriba Thutmosis dictus Mesi. Quam legendam praebet quidem Libellinius in dictionario suo hieroglyphico sub N^o 646. Nihilominus sub N^o 964, ubi de nostra stela Parisiensi agitur, „Ptahmes" cum Pleytejo legit, e triginta columnis solus has tres exhibens: (lege !)  (lege !)  (complete )

Vestigia figurae dei Ptah: in monumento manent et vel spatio requireretur, si quidvis ex illa desideraretur. Ergo nomen  Mesu sonat, estque idem cum Mose, quemadmodum decennio diutius contra omnes defendi. Videamus primum, qualis sit statura, vestitu atque ornatu.

Stat ante altare habitu adorantis eo, qui sacerdotibus Missam celebrantibus indigitatur missalis nota: „elevatis manibus". Sed hic gestus in Aegyptiacis monumentis omnibus erat communis, qui deos adoratum veniebant. Caput oblongum, crispis capillis haud ita longis circumdatum. Vestis longior rodyrexns usque ad pedes decurrit, qui sandalis insistere videntur. Brevior toga, quae tamen et ipsa inferiores suras attingit, itidem, ut altera, diligenter plicata, humeros quoque amplectitur, atque in collo, quod medium velut monili cingitur, desinit. Capiti supereminet duplex ornamentum: utrimque pennae struthionis, virorum militarium insignes, elegantter dispositae sunt, ita ut in medio earum triquetrum quoddam, e figura conica cum duabus appertinentibus compositum, satis apte collocetur. Hoc loci monere libet, nostratis quoque penas volucrum tanquam insigne pileorum militarium usurpasse. Mosen vero in re militari cum laude versatum esse, luculenter e papyro Anastasi I apparet, ad cujus versionem lectorem ablegatum velim.

Quod ad triquetrum illud, struthionis pennas dividens, has fere forma: , jam in libro meo „Moses Hebraeus" inscripto, pag. 79 ad epitheton illud Cornuti Mosis (Exod. XXXIV 29, 30, 35) respexi atque opinatus

eram, e titulo  sem שֵׁם illud apte explicari. Sed mirum quanto melius novo ejus ornatu, quem stelula Parisiensis nobis suppeditat! Notandum quoque, Papyrum Anastasi I ad annum 52. vel 51. Ramessis ♃ Sesostridis, contra stelulam Serapei ad ejusdem 53. pertinere. — Nunc de nomine proprio Mosis sciscitandum est.

Prout jam saepius monui, nomina cum radice mesu composita, apud Manethonem, Septuaginta interpretum coaevum, in „mosis“ vel „moses“ desinunt, veluti Râh-mesu = „Lunus infans“ fit Ἁμωσῖς, Ἀμώσης; Dhut-mesu fit Θούτμωσις, Τοῦθμώσης. Eodem modo apud Theophilum Μωσῆς, apud Lysimachum Μουσῆς invenitur, ad ducem Exodi designandum. Revera radix mere „lorum“ vocalem u continet, quae si scribebatur, post illud debebat poni, quamquam in media voce pronunciandâ) vel si consonam completoria adjungebatur:  Mus, non ; hoc enim foret Mesuse. Porro, quum littera  apud Aegyptios non „es“ sed se sonabat, hinc disyllabum oritur nomen Muse, quam formam Arabes hodiedum servant: موسى, Musĕh vel Musăh proferentes. Quo nomine „infantem“ (mox fetum edere, mox nasci, mox natus) mox infans“ designante quid aptius, si quidem Moses „infans expositus“ revera fuit? Id ipsum autem nobis suadet cognomen ejus Ὀσάρσηφος = „fiscella scirpea“. Quare nil est, quod veritatem illam Septuagintâ interpretum opinionem, Mosen significare τὸν ἐκ τοῦ ὕδατος λαμβανόμενον, foveamus.

Neque enim quidquam ponderis accipit ex adhaesione Flavii Josephi vel glossatoris Octateuchi (e codice Vossiano desumtâ), quippe quae grammaticae Aegyptiorum structurae ex adverso repugnet.

Contra quam maximi momenti aestimandum est, quod textus Ebraeus, (Exod. II 10) formam מֹשֶׁה Moscheh adhibet, modo in scribendo urbis Rămĕsēs nomine, litterâ tenus, genuino vocabulo רַעַמְסֵס usus! Quid igitur statuendum? Si revera Pharaonis filia „infantem" repertum nomine dotavit, debuit hoc Aegyptiorum ex idiomate proficisci, atque idem esse cum Muse nostro, e documentis monumentisque probato.

Sed meminerimus oportet, aetate illa nominum deflexionem moris fuisse, ita ut, juxta formam originalem, Ramesses II in Rasestu et in Sesustra (Σέσωστρις), regis filius Chamoas in Va-mab transmutatus sit. Quid igitur mirum, si Mosi nostro simile quid evenerit?

In papyro Anastasi I 2,3 idem Moh̄r (cf. Maharbal et inversam compositionem apud Libellinium N.o 936, b), qui titulus sive „praetorem", sive „ducem" denotat et ad rem strenue gerendam spectat, a suo Hui interpellatus casu vocativo „O tu Moses!" praedicatur, „militum fortium imperator", XIII 6 „exercitûs imperator"; XXII „fax tenebrarum ante legiones", „dux fortis exercitûs contra Aolanas rebelles"; XIX 1/2 „expeditionis mercenariorum adversus Schasu ductor"; XXII 2/3 „incomparabilis Moh̄r in praecedendo copias, Marinaque, sagittando excellentissimus"; qui (ibid. 4) arcum arripit, ferrum sinistrâ capit et (5/6) famam sibi comparat prae omnibus Aegypti ducibus."

Num tantus heros propter expeditiones ab eo susceptas non meruerit cognomen quoddam significativum? Id ipsum esse בְּשַׁר contendo. Nam ut seaxenta alia vestigia silentio praetream – cur in papp. Anastasi I, quo expeditio illa Syriaca narratur, verbum masi, cujus innumerae feruntur Variantes quas vocant, quoties de ductu vel expeditione ejus agitur, legitime adhibetur? Veluti XIV,1:  , Tu ejus (Pharaonis) regius scriba existi habens monumenta (statuas magnas domini utriusque terrae)". XV 8: , Tu quaesito ea (monumenta), quorum adductio tibi mandatur! Memor esto transportûs tui!" Lin. 2:  , O! expedi te, nec stupeas (ⲧⲟⲩⲧ) ad haesorem (ⲧⲉⲱⲥⲣ) ponere!" (Sermo est in proxime antecedentibus de provocatione litteraria). Notandum quoque, me hic ubi voce semitica urgere, praefixo  causativo vel intensivo. — Loculio modo memorata: „expedi te!" transitionem praebet ad notionem interrogandi, quae vis radici saepissime convenit. Unum ejus usûs exemplum huc adduxisse sufficiet: In „vetustioribus mortuorum libri exemplaribus", quae vir doctissimus Lepsius edidit, tab. 5 col. 4 haecce leguntur:  , adducit vitae symbolum (☥) qui est in Sechem (Letopoli) ad personam (defuncti). Quis est adducens ad personam ejus? Adducit Horus ad personam ejus!" Proxima linea fert antagonistam dei Hori:  , adducit Set (Typhon) ad personam ejus", interrogatione non addita.

Jam si copticum consultatur lexicon, easdem notiones, quae verbo 𓇋𓈖𓊪 (var. 𓇋𓊪𓈖, cf. 𓇋𓊪𓏏), in sequentibus formis deprehendimus: ⲙⲁⲥⲓ abi! ⲙⲉϣ circumire, ⲙⲉϣⲧ transire, iter facere, peragrare, investigare, perlustrare, explorare, quaerere. 2, ⲙⲟϣⲓ via, iter, ire, reptare, ambulare; ⲙⲟϣⲧ considerare, explorare, perscrutari, speculari; ⲙⲟⲩϣⲧ circumspectio, consideratio, deambulatio, perambulare, vagari, errare, examinare, profitisci, circumspicere. 3, ⲙⲉϣ quaerere, ⲙⲉϣⲧ (idem). Quorum vocabulorum omnium comune id est, ut sibilantem ϫ vocis masi in ϣ = sch mutaverint.

Ex hac igitur formā recentiore nominis מֹשֶׁה Moscheh (vel Moše' potius scribendum) punctuatio a Masorethis instituta est; antiquitus fuisse debuit מֹשֵׁה Mosè'. Quod ad litteram finalem ה attinet, haec respondet vocali E, uti jam supra monui, estque Quiescentium numero habenda. Contra in voce פַּרְעֹה = 𓉐𓂋𓄿𓁷, sicuti in nomine aramaïco אֲבֵה = 𓄿𓁷𓄿 cf. diss. meam „Inscriptt. aegypto-aramaïcae" - abundare videtur tanquam paragogica.

Radicem vero 𓇋𓈖𓊪 masi cohaerere cum semiticā מָשָׁה trahere, educere, quā voce textus ebraïcus Exod. II 10 Pharaonis filiam utentem facit in forma: מְשִׁיתִהוּ (ecce) ego (ex)tuli eum (LXX: ἀνειλόμην), luce clarius apparet. Quo magis innotescat ambarum linguarum cognatio, addere libet, formam ampliativam מָשַׁךְ extrahere, hieroglyphica quoque exstare, atque eam in causa fuisse, ut simplicius illud masi transierit, maschi intermedium-te, in ⲙⲁⲥⲓ. Conferatur quoque radix 𓈖𓏏𓊪 ems ⲉⲙⲥ, ⲟⲙⲥ, ⲱⲙⲥ lotio, submersio, baptismus, lavare etc, atque eandem invenies cum ampliativā מָשַׁח ungere.

## Militaria Mosis Munera.

Sicuti titulus Mosis Dhi-suten-Θεσυσέν-Τισυθέν-βασιλικο-γραμματεύς ad Pharaonem, id est, ad Regis palatium (οἶκος μέγας Phar-ao) pertinere supra demonstravi, eodem patto altera ejus designatio: Mur-par-Ptah „praeses templi τοῦ Ptah" ad officium ejus in aede Vulcani religiosum referenda est. Quem sensum inesse titulo var.  mur, ne dubitans neges, relege te ad vocem compositam. μελ-ιτον (ιι) ducis militiae - melateñu (atun). Sunt enim praepositi exercitûs tribuni vel legati militares, atque haec vox ex ipsa, ut ex determinativo auris  apparet, cum ebraea:  „attendere (aurem), obedire" ejusdem est radicis. Conferas quoque, quae supra de voce μαλτ barba mento alligata ad illustrandum illud „mur" adduxi; atqui altera ejus forma est μελιτ barba plur. μελετ. Jam ad militaria Mosis munera seu officia transeundum est, e quibus unum:  explanavi. Qui titulus quum semper et ubique parallelismum cum  anii ΕΙΝΙ, ΙΝΕ, ΕΝ, Ñ ducere constituat, et ipse de <u>educendis</u> (in aciem) copiis accipiendus est, sive „educentem" sive „lustrantem" suas copias eum intelligis. Neque quemquam fugiet, participii Mōsehjē formam ad genuinum ejus nomen a filia Pharaonis inditum: Muse, Mose „infans" proxime accedere, utpote pro more illius aevi aulaeque de industria efficta selectamve. — Sed jam videamus, quid papyr. Anastasi I praeter locos supra allatos huc adjungat.

Pagg. 27,28, postquam Mosis reditum per Pazam et Raphiam narravit, pergit: „Responde (inquit Hucis scriba) cito! loquere mecum de iis, quæ dico de Moheritate tua tibi, faciens stupescere (cicy) Laïcos in nomine tuo Marina מרון, narrans iis iracundiam tuam, secundum verbum, quod dixisti. (Ego sum æstimans cortium in officiis omnibus; instituit me pater meus, qui novit doctrinam (μαθος) suam, sexcenties). Tu nosti prehendere fræna, insuper habilis es in tractandis iis; „pleno animosus (πιρ-a anima) extendit se super membra mea: ego enim sum foetus maturus (eqre utu, evtu) dei bellici Munth". Ergo Moses his verbis ipse se equis curribusque regendis aptissimum declaravit, quapropter in praeambulo pag. 7, ult. „marea מרא - essedarius (flagellator equorum) Majestatis suae" audit. — Quod ad deum Menthu, Munth Μάνθ, respondet Marti (Ἄρης) atque in urbe Her-monthi, sicut ego in PA 1865, 87 (cf. 1873, 21) ostendi, famosissima illa Cleopatra VII Imperatorem C. Julium Caesarem adulationis gratia sub emblematibus dei bellici Menthu quidem, sed veram ejus calvitiem imaginemque referens, nativitati Caesarionis assistentem repraesentavit.

Porro Mosi in eodem pap. Anastasi I 10, 1 Hucis satyrice perstrinxit tres e familiaribus Mosis: Levi, Amenvahsu et Nechtu; pergit dicere sic: „Dico tibi quoque Superiorem mercenariorum, qui habitat Heliopoli" (tiro erat felis mas, grandis

natu factus est raga para-λαφοπι hircus silvestris (=hirsutus, λαφωι -  pilosus); bene est ei domi suæ, obesitudo trai est cum eo. Post haec ita verbo tenus addit:  „Habitasti in instituto litterarum". Ex his sequitur, Mosen Heliopoli studiis vacasse sub disciplinâ militari Superioris (proh dolor!) anonymi mercenariorum.

Ultimus amicorum Mosis ab Hui scribâ derisorum est Vah, cum titulo  ὁ τῶν στοᾶν (non Stoïcus, sed praefectus stoarum sive porticuum στοα). Textus persequitur: „onerabis eum collari aureo tribus vicibus". Ergo Moses, quippe qui amicum Vah insigni usech aureo - quod viris militaribus pro meritis bellicis tribui consueverat - exornare poterat, ipse ordinis militaris fuerit oportet. Quin res ita se habeat, exempla superius p. 32 e pap. Anastasi I producta, satis superque probantia, considerans, nemo in dubium revocabit. — Jam tempus est, ad insigne Mosis ipsius reverti.

Struthionis pennae duae, in capite ejus conspicuae, militarem virum indicant. Vel gregarii milites singulis tantum pennis ornati occurrunt, praesertim in legendâ  μιωε turba (turma), multitudo. Derivanda haec vox a verbo μοωε demotice  mascha „ire, iter facere, μα-μοωε exodus, exitus (proprie valet: „locus exeundi"), quae notio cum supra allatis quibusdam radicis  confluxit. At cave confundas! Nam mascha μιωε turba semper sensu collectivo adhibetur, pluralique numero addito, licet antecedente articulo singulari πα, πε, πι, π.

Contra hanc meam opinionem ne sistas Bruccii sententiam, illud ϣнщє ex composito (e.gr. Rosettana lin.4) explicantis. Nam, quamvis graeca versio ferat πλῆθος σὺν ὀλίγον, tamen  est vox exclamatoria, significans: quam (ⲙⲁⲓⲏ quantus, qualitas) multa!" ⲟϣ, ⲱϣ (cf. pap. Rhind  „quam multa", ubi lacerta = ). Sed haec signorum conjunctio nunquam substantivi vicem gerit, neque cum articulo conjungitur. Re vera vox  aschatu „societas hominum" saepe occurrit (cf. Jap. Prisse, quem ego solus et primus verti); sed haec semper feminini est generis sicuti ⲁϣⲁⲗ, ⲁϣⲉ, ⲁϣⲏ(ⲧ) „multitudo (cf. Plutarchi ὄς = πολύ) Priusquam hanc radicem deseram, opus est aliquot verbis de arbore , quam pridem cum acaciâ, Chabas autem et Horrack cum cedro esse eandem censuerunt Aegyptologi. Neutrum placet. Ne multas fiam, dico: var. | signum numeri centenarii ϵ, copt. ϣοϩ, ϣϵ; nomen Lepsio („de metallis" āu legendum –) est „quercus" ⲙ-ⲏϣ-  , cujus lignum durissimum est, ideoque apud Aegyptios incudum ⲇⲙ-ⲏϣ vice adhibitum. Cogitaveram aliquamdiu de fraxino, germanice äsch, Esche.

Ergo ⲡ·ⲙⲏϣє unice de militum manu, arcu sagittâ et pharetrâ armatorum usurpatur, neque exinde Mosis cognomen ebraïcum משה potuit excoviri. Quia abeundo ducta est vox, in memoriam revocat etymologiam vocabuli mtles -itis, quasi significet „milia (passuum) euntem". Certe distinguitur a collega  „nevitu ϳⲛⲟⲩⲧ janitor, adparitor, custos carceris", cujus officium ad internum ut ita dicam ministerium pertinebat.

Utpote Semita, Moses in autographo suo de itinere Syriaco-
tiam Ebraïco vocabulo, exercitum designante, usus fuerat. Quare legimus
pag. 193 zaba-u = צבאות exercitus, neque est quod mire-
mur, hanc vocem adhiberi, quum ipse מהר „festinans, Celer" nuncupetur,
quae designatio Romanorum Celeres (Tities, Luceres) in mentem revocat.

Nunc ad insigne illud  capitis revertor. Deus Memphitanus
Ptah audit quidem „dominus ulnae , symboli justitiae veritatisque,
saepissime plenâ scriptione , atque reverâ eum huic signo insisten-
tem fere deprehendimus: , sicuti in stelula quoque sellae triadis cum-
les eidem symbolo superpositae sunt. Sed nusquam struthionis pœna in
capite ejus conspicitur. Hoc insigne, utpote militare, socio ejus Dhitanen
reservatur. Quid enim aliud sibi vult nomen nisi „occupator( )
terrae hujus"? Atqui deus hic semper effingitur tali habitu: .
Nonne hinc elucidatur, cur Moses adorans triadem Memphitanam eodem
insigni struthionis pennarum sistatur?

Accedit, quod exercitûs Aegyptii deorum praecipuorum emblemata tam-
quam vexilla secum ferre atque sequi solebant. Veluti in pap. Raifet,
quo pap. Sallier III, Sesostridis ad Orontem certamen singulare continens
-auctor ejus Penthureis- felicissime completur, lin. 9 haec enuntiantur:
„Ecce Majestas ejus (Sesostridis) solus in capite suo sic) erat, nemo alius cum eo.
Namque legio  Amonis (Thebaei) ducebatur  post eum (in
tergo ejus: ); legio Solis (Heliopolitani) erat in fossa septentrionem

inter et occidentem oppidi Schabatuna; legio Vulcani (Ptah) e regione erat vici modo nominati ; legio Typhonis  (Havarensis) in trajectu (ϱι-μηρ trans, ultra) terrae Amor".

Quae si cum iis contuleris, quae supra (pag. 32) de expeditionibus Mosis e pap. Anastasi I congessi, verisimillimum tibi videbitur, eum legioni Memphitanae praefuisse. Veluti tunc, quum quinque millia militum contra rebelles duxit  Rähanæ. Temporibus dynastiae XII. eadem regio peregrina, latomiis inclyta, occurrit sub forma  Ruhanut. Equidem contulerim cum urbis nomine Rhaunathi, trans mare rubrum sitae, quartam stationem ab Azion-gaber, Madian et Phoenicon oppidis intermediis, designanti. Quae opinio mihi eo pertinacius obtruditur, quo magis nonnen populi illac habitantis considero. Namque pap. Anastasi I 17, 3/4 praebet  oi(NE) Aluna-u, id est: Aelanitas, qui orientalem illam sinûs Aelanitae plagam obtinebant.

Mitto expeditionem Mosis adversus rois(NE) Schasu (ψεις C pastores ποιμένας cf. Υκουσσῶς βασιλεῖς ποιμένες — propterea quod in „Exodi primordiis" hac de expeditione fusius tractabo, eam cum nova pastorum invasione falso esse commutatam demonstrans. — Neque de Mosis in Aethiopiam missione heic loci agendum mihi est, quia et ipsa ex alto ejus officio fluxit. Scilicet Moses multis rebus et bellicis et civilibus bene gestis, in summum fastigium dignitatis ascendit, si quidem hae duae lineae ad eum referendae sunt: atque:  sub Sesostride et Menophthah.

## Judiciale Mosis officium.

Longum est enarrare, quot quantaque munera secundum pap. Anastasi I Moses subierit. Veluti 13,2–14,8 agitur de transportandis colossalibus regis statuis, qua occasione oblata, planitiei inclinatae apparatûs cum omnibus et singulis describuntur. Utitur hic quoque ebraïca voce ⲡⲓⲙⲁⲅⲇⲁⲗⲓ, qui locus repletus erat arundine ϫⲁⲱ et trabibus, quarum altitudo erat ulnarum sexaginta. Vox „ruzathâ" ut conservata coptice ⲣⲟⲩϩ favere" id est, propitium esse, inclinatum esse"; ⲣⲁⲛ inclinari, ⲡⲓⲣⲉ inclinatio; ⲉϥ-ⲣⲁⲛ, ⲗⲱϫ-ⲱ obliquus. Sed tota scriptio semitismum sapit. Quodsi meminerimus, urbem Gazam עזה const. ה-, in pap. nostro scribi pag. 27,8 ⲅⲁⲍⲁⲑ Gazath – terrae שְׂנְעָר nomen alias ⲥⲓⲛⲉⲁⲣ Senŭgar sonare, haud ita difficile erit, ad illud rogath ebraïcum prototypon investigare. Est vox רוע malus, obliquus (cf. delictum) fuit, רַע, fem רָעָה const. obliquitas ה- moralis vel accidentium. At bono sensu רֵעַ propitius, proclivis, hinc socius, amicus, uti mox in nomine רְעוּאֵל Regu-el, amicus deo" videbimus. Ergo, quotiescunque Ain syllabam incipiebat, guttur proferebatur.

Hinc expeditur illud quoque offendiculum, quod vox ῥακά, raca! apud Matthaeum evangelistam v 22 prae se ferre videtur. Nihil aliud est, nisi רַעַע malum esse, quae forma paradigmati Piel רֵעַע malum reddere supponitur. Alia ejus transitionis exempla lector ipse inveniet.

Neque solum regis, sed etiam filii regii (Chamoas) mandata Moses

exequebatur. Agitur de obelisco ulnarum CX altitudine; caeterae ejus partes accuratissime describuntur; unde apparet, nullum obeliscorum nunc manentium ad illius magnitudinem esse elevatum. In epistola, hāc de re difficillima ab Hui scriba ad Mosen data, notanda pag. 16, 4 vox semilica, quam vir sagacissimus Chabas integram reliquit, in phrasi:  „Sum ego, qui mittit (sic) tibi (epistolam vel scriptum quidvis ) tanquam ὁ ἑρμηνεύς". Ultimum vocabulum abhinc undecim annos verteram „reviser", ductus determinativo oculi inspicientis. Sed ex quo articulum  in cognomine Mosis Ha-sar(l)-suph-ʾAσσ-σύφ deprehendi, haec quoque vox ha-lezez mihi perspicua atque pellucida fieri debuit. Scilicet a radice  clarum esse, formatur participium Piel ἑρμηνεύς, interpres. Dolmetsch. Eadem autem vis causativa reduplicando ultimam radicalem efficitur: ha-lezez.

Possem alia ejusdem generis exempla in medium proferre; sed quia ad aliam tendo metam, unum addidisse sufficiet. – Pag. 17, 6 post vocem  , schelamoth, et  Kamahu (panes) solidi CCC; sequitur  „Apa MDCCC". Aperte habemus hic antiquissimum illud ὀπτήρ, ὀπτός, opus pistorium. Eadem initialis littera obviam fit p. 18, 3 ult.:  ex-pw, (oo) ex-po; t fem.  ex-pwor, limen, postis. – Sed jam gravior Mosis titulus ut elucidetur flagitat, illud  Mapu dico, quod praeter solitum hoc in papyro saepius occurrit.

Pagg. 10,8; 14,8; 18,1; 26,9 Huis scriba alloquitur Mosen hoc titulo, quem casu vocativo proferri recte judicavit Chabas, ad vocem ⲙⲁⲡ, ⲙⲁⲃ, ⲙⲁⲁⲃ, triginta' et ad XXX judices sive Areopagitas respiciens, quos Diodorus Siculus ex tribus Aegypti capitibus: Heliopoli, Thebis et Memphi, denos (libr. I, 75) e quaque urbe venisse ait. Reverâ in papyro Anastasi I 5,6,7 talia effatur: „Tu scriba exercite (ⲱⲥⲟⲥ), mi magister, dijudica nobis cito! Fac ut nomen tuum clarissimum inveniatur unicum in consessu ad magnificendos caeteros triginta". Hi non erant tyranni, sed judices electi. Quare numero XXX saepius adjungitur determinans persona altioris gradûs, veluti in designanda urbe  , quam equidem eandem esse cum Ἀνδρώνος in Delta sitâ, comparaverim, quum ei ex adverso respondeat Ἑρμαιόνοδις. Lugduni quoque N^o 17 (cf. PA 1867) similiter determinatur: var. , unde jam elicias illud ⲙⲁⲃ triginta, quod etiam in N^o 21 sic occurrit:  var. . Denique sibi respondent et  . Quid his faciendum?

Primum Diodori locum I 77 attentius ut consideremus, suadent multae rationes. Dicit enim, omnia apud Aegyptios judicia scriptis tantum documentis, nil orali actione esse peracta, ut ne oratoris ars praeter jus moveret sententiam ferre, neve misericordia ducti Areopagitae ab instituto octo voluminum codice detruderentur. Hinc multi ⲉⲙⲡⲟ, ϫⲃⲟ vocabantur, quae vox, si Kircherum sequaris, surdum quoque denotat.

Jampridem a viris doctissimis Vicecomite Derugato et Theodulo Dévéria illud vocabulum ita intellecta est, quasi „addictas cultui Amonis" vel, pallacidas Amonis" denotaret, quarum numerus major (in pap. judiciali Taurini servato ad Rhampsinitum pertinente) ita ut „pellices" ejus esse viderentur. Sane id quod Muhammedanis haram „clausus locus"; idem in illo chenitu inesse debet. Quare ad coptican vocem ⲡⲉϥϩⲉⲛⲛⲓ ⲛⲁⲣⲟⲭⲟⲥ, ⲡⲉⲥ-ϩⲉⲛⲛⲓ domestica jam pridem inclinavi, itidemque vir strenuus Eugenius Revillout (Rapport sur une mission en Italie" p. 37 not. 1) vertit titulum  „abbatissa Reclusarum", qui in stela Glyptothecae Monacensis nomen mulieris fiebat:  var.  „domina domus, sacerdos Amonis Solis Ur-t-chenta-ŭ".* — Formae  paxillum ⲛⲁⲥⲥⲁⲗⲟⲥ (πήγνυμι) ostendunt, qualis ad pangendum quidvis objectum (πήγνυμι) adhibebatur, coptice ⲥⲙⲟⲩ paxillus, cujus antiquiorem pronunciationem thebaïcam illud  (seu  incipit) memphitice  pronunciatum. Neminem fugiet, hanc quoque vocem chema semitice exstare in חֹמָה murus, obstructio. — Ex omnibus hucusque allatis testimoniis apparet, sacras illas virgines, antiquitus chemuta-u, postea chenitu vocatas, ansam praebuisse urbis Συρακοπόλεως denominandae, praesertim quod haec vox cum usitata feminarum designatione ⲥⲩⲙⲉ-ⲟⲥ congruere videbatur. Hinc elucidatur sarcophagi in nomo Busirite reperti passus (Brugsius Lexic. geogr. p. 578): „Prophetae (Θεόδουλος) Amonis-Solis, domini urbis  ....  praefectus Gynaecei regii". Brugsius vertit „le prophète d'Amon-Ra,

*Adorat deam Hat-hor: ὄκος Ἧσον, quia haec et ipsa in domo Reclusa sese titulat.

maître de la ville Âa-ḫennu (ou Âa-ḫun) .... gouverneur dans la ville Âpet du Sud (Thèbes)". Le texte n'éclaircit rien qui puisse nous aider à reconnaître la localité appelée Âa-ḫennu dans une des villes de la basse Égypte. Mais toujours il sera bon de retenir le nom en mémoire. L'occasion de la découvrir ne manquera point." Credo, hanc occasionem jam esse oblatam, quippe cum et locus reperti sarcophagi et nomen ipsum Εὐναιόπολιν indigitent. Vox 𓉐, phonetice 𓉐𓄿𓐍𓏏 áwt, sacpissime occurrit in libro Hambres c. 149, ubi recondita camerae labyrinthi coelestis ita describuntur, ut appareat, intranti multa impedimenta se opposuisse. Cogito de voce composita ⲣ-ϩⲟⲙ, ⲣ-ⲗ, ⲧ cella; contra 𓉐𓏏 est ⲏⲗ (ⲡⲗ) domus, et 𓉐𓊪𓏏 ⲏⲡⲓ(ⲧ) aedicula. Sed Brugsius ll. p. 21. ipse probavit Deveriae captum inscriptionis 𓎛𓐍𓄿𓏏𓊪𓂋𓉐𓏏𓊪𓂋𓇋𓏏𓊪𓂋𓈖𓏏𓊪𓂋𓐍𓏏𓊪𓂋𓏏𓊪𓂋𓏏𓊪𓂋

apud Aegyptios, phonetice sonabat ϩⲙⲏ, ϩⲙⲏ a Reclusis (c)hema, quas quadraginta numero fuisse, Diodori locus suadet (I 85): ὅταν εὐχέσθῃ (ὁ Ἆπις) τὰ μὲν πλήθη τοῦ πένθους ἀπολύεσθαι, τῶν δ' ἱερέων, οἷς ἔστιν ἐπιμελὲς, ἄγουσι τὸν μόσχον τὸ μὲν πρῶτον εἰς Νείλου πόλιν, ἐν ᾗ τρέφουσιν αὐτὸν ἐφ' ἡμέρας τεσσαράκοντα, ἔπειτα . . . ἀνάγουσιν εἰς Μέμφιν, εἰς τὸ τοῦ Ἡφαίστου τέμενος. Εἰσὶ δὲ ταῖς προειρημέναις τεσσαράκοντα ἡμέραις μόνον ὁρῶσιν αὐτὸν αἱ γυναῖκες, κατὰ πρόσωπον ἑστάμεναι καὶ δεικνύουσιν ἀνασυράμεναι τὰ ἑαυτῶν γεννητικὰ μόρια· τὸν δ' ἄλλον χρόνον ἅπαντα κεκωλυμένον ἐστὶν εἰς ὄψιν αὐτὰς ἐλθεῖν τούτῳ τῷ θεῷ. Etiam quadraginta Reclusae γυναικοπόλεως, quae alternantes coram sacro vitulo (non jam lauro!) cultum agebant, cujus obscoenitas magnopere minuitur, si quivis die unam tantum e Reclusis tanquam ἱεροδούλην officiantem statueris. Neve mireris, Nilopoli et Api hoc muliebre servitium contigisse, relego ad scriptionem vocum 𓇋𓏏𓊪𓅱𓏏𓊪 Hapi (Nilus) Aegypti inferioris (vel Νειλουπόλεως?) una cum terra Onitica (Heliopolitana) producitur (Brugsch. Geogr. III pl. XIII N^ro 34) atque 𓇋𓏏𓊪𓅱𓏏𓊪 „Hapi", lacuri illius sacri. Utriusque nomen apud seriores cum radice 𓇋𓏏𓊪𓅱 hapu (ϩⲁⲡ ⲛ̀ⲗⲁ κεπ festinare) ϩⲏⲡ, ϩⲱⲡ occultus confundebatur. Jam luce clarius apparet, cultum „occulti" hujus a Reclusis Αἰθιοπίδος τοῦ κεκρυμμένου latius fluxisse.

Ex his quum numeralium triginta et quadraginta origo, tum Mosis libellus honorificentissimus 𓇋𓏏𓊪𓅱𓏏𓊪 Μαρυ = ὁ τῶν τριάκοντα explicatur, nec non, cur dixerit coram Domino (Exod. IV 10): „Obsecro, Domine, non sum eloquens, ab heri et nudius tertius". Pro eo verba mox faciet frater 𓇋𓏏𓊪𓅱 „Levi":

## Mosis expiatio.

Modo dixi, ex infimâ vocis 𓄿𓏏𓄿 Μαρω = εμπω 𓄿𓏏𓂋 μῦω, mutus" elucidari locum scripturae sacrae, ubi Moses se „parum eloquentem" כְּבַד־לָשׁוֹן - כְּבַד־פֶּה - לֹא אִישׁ דְּבָרִים „difficilem ore, difficilem linguâ esse confitetur. Revera illud 𓄿𓏏𓄿, 𓄿𓏏𓂋 compositum est ex vocibus 𓄿 negativâ 𓄿, 𓄿 an- (ἀν privativum, in-, un-) = μή arab lp ma coptice AN et EN, ⲁⲛ et ⲉⲛ, atque 𓄿𓏏𓄿 = פִּי (ex intimiore פּ, ubi i = y = v = w) statu absoluto פֶּה 𓄿. Sed mox haec antiquissima vox in oblivionem versa et in ejus locum ⲣⲁ ρω, ro os oris, (i. nomen litterae ϱ = 𓂋 ϱω̃ graece) substituta est. Hinc ατ-ρωϥ „mutus", eadem vice 𓄿𓏏𓄿 sensu, ex negativa 𓄿 et 𓂋 μὴ ἔχων os suum" exoritur. Opponitur eloquenti: 𓂋 = Levi לֵוִי „ore sive oratione praeditus", vocali ו = 𓄿 eandem cum י semitica vim et originem sibi vindicante. Itaque jampridem hoc nomen Rui, Lui = Levi cum biblico לֵוִי comparaveram eo magis, quod in semiticâ linguâ etymologiam hujus nominis nusquam indagare potuimus.

Haud ita parvi momenti est vox 𓄿𓏏𓄿 - פִּי; nam expeditior fit, ea admissa, nomini Pi-ha-Khiroth explanatio, quam stationem filii Israëlis post Ramesses, Sucoth et Etham, conversione facta, attigêre. Nam scriptio: פִּי הַחִירֹת non pluralem numerum designat, ut Bruxio statuere placuit, sed est fidelis imitatio prototypi aegyptiaci, quod in papo. Lugdunensi I 348 VIII 4 ult. deprehendimus: 𓂋 (os ioũ) 𓇋𓏏𓂋𓏏𓂋 ⊗ = (os ioũ) saltûs, montis" βελλοτ = Chirot, proprie „sedes latomiae urbs", valens.

Pretiosissimum hoc documentum, in quo primus vir sagacissimus Chabas genuinam nominis Ebraeorum scriptionem assecutus est:  Apyrim, hic tractare non possum; fusius in Primordiis Exodi sub calcem hujus operis de eo disputabitur, quia nobis verum exitus filiorum Israëlis theatrum ob oculos sistet.

Moses igitur, utpote triginta Areopagitarum praeses, imaginem deae indutus, judiciis absolutis, in alteram partem ex duabus adponebat, utra vicisset, hoc actu solemniter declarans. Eadem ejus dignitas in causa fuisse videtur, cur tam sero conjugium iniverit. Strictae Mutii illi judices Areopagi sacramento adacti fuêre, ne judiciorum sententiarumque latarum arcana profanis traderent, quae res, inito matrimonio, haud ita facilis observatu videbatur esse.

Quid autem Mosen manebat, si ipse capitis criminisve gravioris in judicium arcesseretur? Nil nisi celerrima fuga salvare eum poterat. Atqui revera a sacra scriptura et veterum traditio Mosen fuisse homicidam, haud ambigue declarat; quin etiam nomen occisi Aegyptii ad nos pervenit, si quidem Χαναδώνης apud Artapanum etc. verum est vocabulum, conflatum ex  et  et proprie scriptum Χαναδώνης (XANEΘΩHC), cujus exempla sexcenta feruntur. Nil igitur mirandum, si stelula nostra, quam tabulae frontispicii et calcis sistunt, vestigium quodlam exhibuerit, ex quo certius aliquid (certius) jerui queat. Quare ad secundam stelulae partem transeundum est.

Ille in superiore parte, sic hoc quoque divina persona, Apidis nomen dico, sinistram obtinet (e monumenti sensu), tegumento discoloris vultur scarabaeoque alis extensis ornato, et striquetto frontali, aliisque inter cornua collocato. Lunulae, quae saepius in dextro ejus latere, vel in pectore conspicitur, hic nihil superest, quia per totum monumentum fissura vel fractura lapidis grassatur, quae hoc signum abstulit. Vel duplicis caudae capillorum coloris vestigium manet, quia torta efficta est. Super dorsum incisa est haec inscriptio usitatissima:

Hapu nem-anch Ptah neb ma·t „Apijs (Ams) socius vitae (σύμβιος τοῦ) Vulcani, domini justitiae". Ante figuram Apidis magnificum lilium

ϣϣϣϵN = שׁשׁן effformatum conspicis, et in cippo ei ejus tauri apposita munera sacrificabilis: flores, panes aliaque vasa lacunis abrepta sunt. Sed defectus hic completur sacerdosque vase libatorio, quod Moses - is enim est sacrificans - dextra effundit, sinistra incensorium aheneum praebens, e cujus thuribulo flamma

exsurgit. Ergo tota scena ad votum quodam vel ad expiationem doloris spectare videtur. Quae suppositio re comprobatur.

Nam accuratius attendenti flammam

inter et cornu

Apidis obvia sit, licet minuscula, legenda:

su-ueb „facere (reddere) purum", quae lectio Coptis,

pro

adhibentibus, in ϯ-ΟΥΒΕ, ϯΒΒΟ „purificatio, expiatio" commutatur. Inscriptio Tanitica vocis identicae 

versionem graecam ἀπόλυσις, absolutio" praebet, cum voce πέρδουσ.

At vero, hoc loci non de lectu absoluto, sed de lugubri laesione lucenda sermo est. Namque textus, quamlibet de industria delectus, satis perspicue pergit: . Vox haec ḥadha, signo malarum actionum: quae avicula est parva et prava quae libet designat- hucusque nullibi fuit obvia. Vihi lominus ne momentum quidem temporis dubito, quin eadem sit cum ebraeâ: חטא chadha „peccator" Cujus generis peccatum comiserit Moses, id satis aperte declaratur apposito brachio notato:  . Quum enim חטא proprie „praevaricationem (cf. nostratium „Vergehen") id est, errorem pedum notet, necesse erat ut adjungeretur, ad crimen specificandum.

Moses igitur „praevaricator manu" fuit, vel „brachio". Brevissima quidem, sed gravissima legenda proximâ columnâ repelitur, ita ut poëticum parallelismum constituat. Quare etiam secundae columnae inscriptio, jam primitus minusculis litteris consulto redacta, de industria eadem delecta, simile quid continere debebat atque illud חטא „peccator, praevaricator". Re vera, simulatque lenticulam microscopicam admoveris, ad amplifanda vestigia textus, mecum incides in voces  khotebu-redhu-hotea- pcopul pcu-paite „homicidam". Jam sequi debet Moses ipsius nomen, quod propter spatii defectionem – triplex enim illud ejus ornamentum super capite imminens totum occupaverat – in angulum extremum pone Mosis occiput quasi abdictum minusculis scriptum erat:  .

Quodsi vestitum Mosis deprecantis atque scelus comissum expiantis attentius intuitus fueris, multo humiliorem quam in superiore parte, deprehendes. Nil structionis pennarum, nil togae splendidae; solum illud basu sive subligaculum tunicae fuit adjectum. Scilicet non decebat deprecantem expiantemque cum festu deum adire.

At qua de causa, inquiet quispiam, sacer ille taurus Apis tanto honore afficitur, ut Moses eum tanquam specialem dominum veneretur? Primum, id quod jam supra monui, Apidem fuisse Astronomorum deum, eo melius huic loci quadrat, quod Moses, peculiaris lunae cursûs speculatorem familiarem(que principis illius Chamoïs se profiteatur, utpote Medyses, qui cultum dei Ptah(Vulcani) tricennio ante desenerat, Apidi Mneviqueque servitium praestiturus. — Deinde in memoriam revocandi tunc illi verborum lusûs, quibus Aegyptii delectabantur, ut intelligatur, Apidem 𓃒𓊹 simul ad vocem 𓃒𓊹 Hapu eam judicium alludere. Denique, id quod maximum est: Aegyptius ille 𓀀𓋴𓏏𓊹𓈖𓊹 Chansu-Dehuti = Χαρσιώθης, ut ex nominis proprii formatione asparet, ad familiam pertinuisset, in qua cultus deorum lunarium quasi hereditarium erat. Quid igitur mirum, si taurus ille sacer Hapu judex sedet in causa, quae utrimque Serapei cultorem monstrabat, et occisorem et occisum? Equidem nullus dubito, quin hac de causa sacer taurus Hapijs, cui et sacramenti ANUS signum ☥ additur, Mitis arbiter electus sit.

Restat, vt de figura Mosis ter in stelula nostra occurrenti pauca subjiciantur. Aegyptiorum artifices omnino veris orum habitûsque repraesentationibus in reddendis personarum imaginibus studuisse atque voti plerumque compotes factos esse, inter omnes constat. Heic quoque, quamvis secunda Mosis utpote Romicidae figura manu vastatrice quasi erasa sit, tamen eandem cum superiori bene seruatâ invenies: eadem capitis oblongitas vt, iidem capilli crispi, idem nasus leviter aduncus, idem os paullo plenius. Accedit quod fratris Aaronis figura, his conspicua, sibi constat atque cum Mosis vultibus quiddam commune praebeat, modo multo gracilentius vt ita dicam semilais. Vtergue autem semilicam originem prae se fert, sapit saltem. Utidem uxoris Debarjah ter, sororis Mirjam et Elisebah (Elisebah) bis occurrentis effigies peculiare quiddam exhibent, ita vt artifex naturam ipsam assequi voluisse censendus sit.

Quid vero dicendum de Mosis effigie, mediâ columnâ sectionis superioris conspicuâ? Caput ultra modum sublime, oculi grandes, os zygomaticum fortiter expressum, nasus aduncus, labium inferius praeeminens, mentum barbatum, modius toti artificio impositus! Equidem spero, quicunque Romae fuerit atque Michaël Angeli illud miraculum: Mosen sedentem, semel viderit, huic extemplo magnam cum effigie nostra similitudinem obtrusum iri. Secundas obtinet Aharon Levites partes, ad quem illico mihi transeundum est.

# II

# LEVITES-AHARON.

Benigna quadam Providentiae divinae dispositione factum est, ut Mosis frater eodem in monumento produceretur. Namque quum Mosis nomen alias quoque deprehendatur — conferas licet N^ro 785 Lex. hierogl. Libellinii et pap. Anastasi VII 3,4 (non est mecum ille liber, sed est) in tergo (cura) τῶν Σύρων praesidis mensurae „Mesu", quem Heathius sibi arripuit propter gregem caprarum — solius nominis Mesu (Musă) mentio nostra quoque in stelula nihil probaret, quia columna cognomen „Νάξιος = ῆ fissella scirpea" continens, consulto vastatoris manu adeo mutilata est tali, ut nullum inde argumentum decisivum erui possit. Ast ubi frater Aharon Levites ad latus ejus constitutus fuerit, dubitationi vix locus relinquetur, atque spero, Aprium nunc demum a partibus meis staturum esse, quippe qui in libro „Per Gosen ad Sinaïn" not. 57 sic elocutus est: „Quodsi Lauthii conjectura, Moherem pap. Anastasi I eundem esse cum Mose biblico, confirmetur, litteratura Aegyptiorum papyris tradita accuratiores de Mosis vitae fatis notiones, quam Biblia silentio eas praeterierint, servasset.

„Sciremus, qualis ejus in societate conditio, quod cum aequalibus litterarum studiis commercium fuerit. Sed dolendum est, argumentationes Academici Monacensis nobis nondum penitus persuasisse, ita ut ejus corollaria possimus acceptare". Hactenus Aprius (Ebers). Quid videbitur ei nunc, ubi Aharon frater Mosis, unâ cum cognomine (sed revera nomine) Aharon-Levi: Aegyptiis denominationibus, ob oculos sisteretur?

Age jam ad tertiam Metulae nostrae sectionem propius accedamus. Quid nobis occurrit? Primum cippus, abscisso bovis femore, pisce vel duobus animalculis - neque enim satis liquet - et panibus oneratum se praebens. Dextra sacrificantis viri tenet vasculum (vino repletum) libationis habitu, sinistra thuribulum cum incensorii gestu. Ast, me Hercule! cuinam deorum hoc sacrificium offertur? Nulla dei figura conspicitur, neque cogitandum est, scenam mediae sectionis hoc loci continuari. Namque femina post sacrificulum genibus innixa, eadem est cum illa, quae jam in media et in superiori sectione conspicua fit, uti ex ejus nomine et dignitate mox apparebit. Quodsi hoc impedimentum non obstaret, maxime consentaneum posset videri, Levin-Aharonem, utpote qui in deserto vitulum aureum Israëlitis adorandum effinxit, in Aegypto quoque tauro sacro, sive Apidi sive Mneridi, sacrificasse.

Revera autem hoc auxilio in explicanda dei absentia destituimur et ad aliam confugiamus oportet. Mihi quidem statim a limine in mentem venit locus ille Actuum Apostolorum XVII 22/23: „Stans autem Paulus in medio

Areopagi, ait: „Viri Athenienses! per omnia quasi superstitiores vos video. Præteriens enim et videns simulacra vestra, inveni etiam aram, in qua inscriptum erat: IGNOTO DEO" etc. Solummodo hac rein. se differunt ara Atheniensis et ara Aelulae nostrae, quod haec neque dei numen nomenque ob oculos sistit, atque quod hoc loci de superstitione neutiquam agitur, imo veri Dei adoratio intelligenda est.

Videamus primum, quonam designetur gracilentus noster sacrificulus titulo: su-schot „faciens liturgiam λειτουργός ⲱⲉⲓⲱⲓ demotice ⲓⲏⲉ ⲛⲛⲁ=ⲥ:! ⲗⲉⲓⲧⲟⲩⲣⲅⲟⲥ leitourgós, qua in voce determinativa signa precantis et adorantis deprehendes. Neque quidquam aliud sibi vult eadem vox praefixa vocali ⲟ u, unde ⲟⲩⲱⲱⲥ „adorare, salutare, propitium reddere". Vel usitatissimum illud ⲱⲟⲩⲱⲁⲩⲱ victima, sacrificium, ⲱⲟⲩⲱⲟⲟⲩⲱⲉ sacra facere, sacrificare, ⲱⲟⲩⲱⲟⲩⲱ adorare, ⲱⲟⲩⲱⲱⲟⲩⲱ sacrificium sacrificium, holocaustum, sacrificare" ex eodem fonte cor-ⲱⲟⲩⲧ fluxit. Sed nondum liquet, an non ⲱⲱⲧ, ⲱⲱⲱⲧ, ⲱⲉⲧ macta re, immolare, sacrificare" eodem pertineat.

Titulus hic Aharonis, ni fallor, aequivalet ebraico: כֹּהֵן sacerdos, qui „sacra-dat" vel ἐφέδρ -similiter „pontifex" non „faciendo facio ve ponte, sed a voce ⲟⲩⲟⲣⲇⲁⲓ dictus est (aeque apud Rumenos Valacho-Moldavenses vox Sphint = sacer, sacrum), quod ad similitudinem participiorum formari videtur. Sed propius accedenti compositum apparet, conflatum e duabus radicibus aegyptiacis ⲥⲁ Ka" et ⲡⲛⲟ

hin ἐν μεσημβρίᾳ. Sed eadem radix חנן hennu, hun, hün, hin incantandi (proprie glorificandi) et vaticinandi notionem adhibitur, quemadmodum in vocibus ΩΝ-ΘΙΝ et ΕΩΑΘΘΙΝΙ vaticinia vel vaticinia forsasse etiam in ΩΝΟΘΑ erectus, (elevatis manibus precans", uti solenne erat sacerdotibus ידים. Illud ΘΙΝΙ et hoc ΩΝΟΘΑ, ex eadem conflatione dictarum vocum Ka-ΘΙΝΟΘ, efferre laudibus, extollere vaticinia" orta esse videntur, quemadmodum duo brachia ידים elevata ipsa satis declarant.

Semel saltem hieroglyphica tituli כהן scriptio occurrit. Audiamus quid Brugsius in lexico geographico huc afferat: (p. 862) „חנכ Kahani, ville située dans la basse Egypte à l'Est d'Athribis (Voir en haut l'article sub voce Ka-Kem=Athribis). Le nom de Kahani présente tous les éléments phonétiques qui constituent le mot hébreu כהן (sic) „prêtre". Videndum est, Brugsium investigandae huic appellationi non ultra operam dedisse. Sed inscriptio regis Aethiopiae Piankis, quem eundem esse cum Ἀμεσσί(ς) Ἀϊάχ, dynastiae XXVI Saïtarum praecessore in academica lucubratione contendi, qua occasione totum textum primus verti - luculenter nos certiores facit, quo tempore illud urbis nomen occurrat. Proprie significat „nuit Kahēn" „urbem sacerdotis כהן". Quare non cogitandum de archisacerdote Onia („cohen hagadol") est, qui demum, Ptolemaei Philometoris aevo, antiquam illam urbem, cujus ruinae „Tell-el-Jahudi" Judaei colles vocitantur et antiquioris urbis Ὄνιον (Onion) locum obtinent, a rege Macedone concessam occupavit.

Tertia pars hujus operis, ubi de primordiis Exodi sermo erit, nobis ostendet, hanc Oniae sociorumque a Syriaca factione e Palaestina expulsorum emigrationem in causa fuisse, cur Manethonis illi depravatores novam Nomadum (Hyqueschos) aut Hierosolymis eisdem temporibus Exodi filiorum Israelis statuerint atque hoc modo usque ad nostram aetatem viros doctissimos fefellerint.

Nunc ad illum titulum 𓎛𓂋𓉐 Kahën redeo, quem nobis monumentum saeculi ante Christum natum septimi revelavit. Textus plus centum columnarum satis explicitus est: „Relicta Heliopoli (Anu = אָוֶן) Pianchis rex cum navibus suis (onerariis) transfretavit ad ulteriorem ripam (brachii bubastici) et pervenit in nomon Athribiten. Posuit ibi tentorium Majestas ejus a meridie urbis Kahën, quae sita est in orientali parte nomi Athribitae". Ergo „urbs sacerdotis": Kahën eandem positionem sibi vindicat atque „Tell el Jahudi", neque dubito, quin Leviles noster Aharon ansam ejus appellationis praebuerit. Haud procul ab hac urbe, quae in fundamentis Sesostridis nomen exhibuit (Ramessis II Μιαμοῦν) Aemilio Brugsio, Musei Bulagensis (nunc Gizensis) inspectori, chartae geographicae nobis ostendunt vicum Meschtul = μεγτολ, melius μεβτολ = 𓏏𓊪𓂝𓏲 maktor, idem cum illo vico מִגְדֹּל Migdol, quem viri doctissimi fere omnes cum alia turri Magdolo (Tell-es-semût) vel cum Bir-Muktul (Migdolo deserti) confuderunt. Tertia pars operis

hujus luce clarius ostendet, quam fataliter aberraverint a vero Exodi tramite. Hic probibare libet, per stationes Migdol, Ethem et Phachiroth nil nisi initium, medium et finem itineris indicari, quod Nilum inter et Mare rubrum, angulo canalis conforme legitime procedere debebat. Itaque in compendiario illo versu: Exod. XIV 2) „Conversi castrametaminor in (Έναντι) Phachiroth, quae est inter Migdol et inter mare, oppositaque oppido Baal-Zephon," vel ultra sinum Heroopoliten auctor, quippe qui sedem vel aedem deae Uot (Βουτώ) ad sinum Aelaniten ipse jam pridem visitasset, uti pap. Anastasi I nos authentice docuit, lectorem tanquam ad metam itineris in peninsula Sinaitica allegat, quasi dicat: „In urbe Baal(th)-Zephon equidem jam fui (Romanis eadem statio „ad Dianam" audiitura fuit) et prope aedem deae Uot [illegible] famosissimum illud lavacrum piscemque (ἀβ-παι „caro raja") sumsi, quae utraque res, ab Hui, secretario meo, ad Onurin delata, in notitiam collegii venit atque Exodi primordium fuit." Neque absonum erit statuere, exodum filiorum Israel ab urbe Sacerdotissui, id est, Levitae Aharonis, exorsam, paullatim caeteros populi tractus attigisse atque deum abripuisse.

Nunc ad personam Sacrificuli nostri revertendum est. Est satis gracilenta a vestitu a Mosis fastu abhorrenti et simplicior et vulgaris potuit appellari; in summa: fert secundas.

## Levi, Levides, Levites.

Modo dixi, sacrificulum scenae tertiae nostrae, cui titulus est: swschot, simpliciore habitu effictum esse. Rem ita se habere, quivis sibi persuadebit, cum Mosis humiliore statu in secunda scena eum conferens: fere eandem utriusq. vestem esse deprehendet.

Multo majoris est momenti nomen ejus proprium: legitur distincte  Levi-uab „Levi purus" cum determinativo signo  viri gradūs altioris; ideoque flagellum ambabus manibus tenet. Quod ad nomen , jamdudum cum Ebraeorum nomine proprio : לֵוִי Levi ea de causa contuleram, quod semiticā linguā haud ita facile expeditur, ex Aegyptiacā vero quam promptissime fit intelligibile. Nam nihil aliud est quam vox usitatissima  ru, lu rev, lev, additā vocali i, quae plerumque denominativa efformat. Sic jam supra habuimus , var. , derivatum ab  genio, de quo fusius tractavi in dissertatione academica, Inscript. aegypto-ämaïcae". Occurrit hic genius cum tribus sociis, qui eum sequuntur hoc ordine: , , ,  (cf. pap. Ludovici I Regis a me deletum et in bibliotheca Monacensi asservatum) ad denotandos sensūs linguae (loquelae et gustūs), oculi (visūs), auris (auditūs) et Cognitos.

Non desunt alia ejus desinentiae exempla. Veluti Lutetiae Parisiorum descripsi stelam Apidi dedicatam, in qua ejusdem familiae atque libellimianae N= 791 nomina offenduntur, inter ea  =

honoré חוֹר nobilis, quia scriptio huïus nasalationem quam vocant continet ejusmodi, qualis ille usitatissimus  = deus. Plenior forma nominis Levi praebetur numeris 731, 763, 873 (apud Libellinium):  . Sed longe pretiosissimum est exemplum Nri 829, Romae in Vaticano exstans ac ferens  „domina domûs Levi (Labi); id est, conjux anonymos sov̄ Levi, ut supra ad pag. 17 sub Nro V „dominam domûs Huïs (ἀνώνυμον) produxi. Nam hic Levi Vaticanus non solus ibi nominatur, sed frater ejus natu minor eum sequitur, hisce cum titulis et nominibus: „Accinctus regnis sov̄ Ptah: Moses e (Memnufri, Meñufi) Memphi". Necessario igitur quemadmodum facio, quia nomen dei Ptah aperte membrum praecedentis tituli est: mur-suleniu-Ptah; ergo Moses est nomen proprium atque appositio „Memphitanus" optime in eum quadrat, quippe quem stelula Parisiensis nostra itidem in urbe Memphi et in Serapeo versatum exhibeat.

Erat autem etiam versatus in historia Aegyptiaca: pluries Huïs scriba ei hanc scientiam apprime attribuit. Neque obliviscendum est protocollon illud, quod jam supra ex Lepsii „libro regio" Nro 470 (477) excerpsi:  , Regius filius (adoptivus) administrator Aethiopiae (Kusch כּוּשׁ): Moses ὁσῶν δυνάσεων, electus (probatus δοκιμασθείς) a terra australi (νοτίᾳ)!

Cave legas nomen cum Lepsio, quasi esset „Mąssui"; est enim , in nomine Ramses-su pronomen demonstrativum: „is, hic" neque unquam vocali <u>i</u> munitur, ad notionem inde derivandam. Aliquam bene quadrat hic titulus cum allato: Accinctus regnis suis Ptah". Scilicet Ptah-Hephaestos-Vulcanus Memphitarum ex doctrina fuit πρωτογονόγονος sive πρωτοδιάκοσμος, prout exstat in papyro Taurinensi regio, a me jam alibi quattuordecim annos in „Manethone" explicato. Cave etiam, cum Libellinio tribuas Mosi Vaticano N^o^ 829 nomen compositum Ptahmes; alioquin in eandem ac Pleyteji errorum voraginem incides. — „Fuit Moses vir vere magnus valde in terra Aegypti, coram servis Pharaonis et omni populo" (Exod. XI 3).

Stela Vaticana, quae fratrem natu majorem Levi ante Mosen sistit, admonet nos versuum (Exod. VI 26/27): „Iste est Aharon et Moses, quibus praecepit Dominus, ut educerent filios Israëlis de terra Aegypti per turmas suas. Hi sunt qui loquuntur ad Pharaonem regem Aegypti ut educant filios Israëlis de Aegypto. Iste est Moses et Aharon" etc. (ordine fratrum hac vice inverso).

Supra demonstravi, quâ de causa Moses, vir litteralissimus, in historia et astronomia egregie versatus, se difficilem linguâ neque verborum faciendorum artificem professus sit coram Domino. Attuli exempla vocis = פֶּה os, oris, veriore aevo: pue, os aquam eructans, ex aenigmaticâ scribendi ratione desumtum,

cujus ego primus leges in PA 1866 indagaveram. Quicunque plura ejus vocis ⲡⲟ os(oris) vestigia desideraverit, in lexico coptico facile deprehendet. Huc pertinent procul dubio voces ⲡⲉⲓ, ⲡⲓ, ϥⲓ osculum; ϥⲓ osculari, ⲧ-ⲟⲩ-ϥⲓ dare unum osculum; ⲧⲡⲉⲁ, ⲧⲡⲏ, ⲧⲡⲉ, ⲧⲉⲓ-ⲡⲉⲓ, ⲧϥⲓ dare os, ⲛ-ⲟⲩ-ϥⲓ adducere unum osculum, ⲧⲁⲡⲉⲓ dare ad gustandum etc., quare saepius 𓂝 signo linguae 𓄂 e nas hac לָשׁוֹן lingua determinatur.

Haec sufficiant, ad titulum 𓎛𓏏𓂝 unus(triginta) mutis, 𓎛𓄿𓄡 ⲉⲙⲡⲱ, ⲁⲃⲱ „mutus" magis illustrandum, et ad versum scripturae, quo se non eloquentem confitetur Moses, melius intelligendum. Sed versus Exod. VI 30 aliud quid innuere videtur. Dicit enim Moses: „Ecce incircumcisus sum labiis – quomodo audiet me Pharao?" Voces duae עֲרַל שְׂפָתַיִם aegyptice exstant sub formis 𓂋𓄡𓅱 ϩⲣⲟⲧⲟⲩ, ϩⲡⲟⲧⲟⲩ(ⲉ) labia et 𓄿𓎛𓏏𓄡𓏏𓏏𓏏 Yelmoth, quam vocem in PO cum radice ערל opprobrio afficere (cf. pudor, pudenda – Scham, Schimpf, Schande, Schmach) comparaveram. Quod ad עָרֵל incircumcisus, incircumcisus, impurus, profanus; cum scriptione 𓄿𓎛𓏏𓄡𓏏𓏏𓏏 mihi facere videbatur, quam aequationem, sane haud ita obviam, e collegis aliquis hos decem annos sibi vindicat. – Ad quorsum haec? Ut eluceat illud „ārel-sephathaim = labiis impurum". Quamobrem Moses se ipse „impurum" declaret, ex homicidio abeo patrato asparet, atque ex fratris epitheto 𓀁.

Inter omnes constat, vocem ORAB cum varr. ab hieroglyphico uab purus, mundus sanctus descendere et simul „sacerdotem" ORHB id est „purificatum, ablotum" designare. Id solum hic offendere posset, quod post nomen Levi tanquam adjectivum ponatur. Sed animadvertendum est, titulum schot, immolator Aegyptiis jam nomen praecessisse et revera Levin, utpote „os purum", labiis impuro Mosi antithesin constituere. Accedit, quod notiones „purus" et „sacerdos" ab Aegyptiis non discernuntur et Herodotus, ille perspicacissimus Aegyptiorum observator, re vera ablutiones sacerdotum praegnanter memorat. Ergo epitheton uab, ueb, quod in stelula nostra nomen Levi sequitur, utraque notione accipiendum, quod facile quis sibi persuadebit reputans, apud Aegyptios et appositiva et adjectiva vocabula nominibus postponi.
Hoc ex epitheto phaenomenon fit dilucidum, quod absque hac reputatione aeterna tegeretur oblivione. Scilicet Arabibus, peninsulae Sinaiticae accolis, Jethro-Raguel, Mosis socer, Pharanites sive Midianites dicendus, audit „sacerdos fidelis (moslem) Schuéib". Unde haec vox desumta, nisi ex Aegyptiorum fonte? Audiamus Apionem ll. 398/399 sic eloquentem: „Moses quum interfecto Aegyptio in desertum montis Sinai fugisset, compluros dies vagatum, tandem ab angelo (humano) servatum esse. Hunc primum ei viae ad Jethronem in terram Midiam auctorem fuisse, qui fidelis sacerdos Schuéib in ejus idolatras

dyeret." Koranus quoque Jethronem nomine Schu'eib novit, atque Pharanitae ejus posteri esse gloriantur. Quodsi haec cum forma, quae arabica non est, voces ropticas, ⲱⲟⲣⲁⲙ consobrinus; ⲱⲟⲣⲛⲟⲣⲁⲗⲃ (filius) filius patrui seu patrueles; ⲱⲟⲣⲥⲛⲁⲣ consobrinus; ⲱⲉⲛⲗⲁⲣ cognatus ex parte matris, filius vel filia ex matre, eâdem matre genitus accuratius contemplamur, ad antiquissima tempora relegamur, si quidem earum vocum originem indagare nobis propositum est.

In papyro Prisse, quod documentum vetustate omnia ubique inventa superat, occurrit saepius vox [illegible] chenemes cum determinativo personae altissimi gradûs, [illegible] athui, quae in nomen proprium capitis dynastiae [illegible] ubique Aethiopicae, Elephantine oriundae. Revera hodiedum ati-ge (est) summus pontifex in Nubia et Abessynia, multo regem politicum Negus dignitate antecellens. Atqui vocabulum coptica ϩⲉⲙⲥⲛⲟⲩⲧⲉ familiaris οἰκεῖος inde derivandum per mediasse stationes (sit venia verbo) vocum ⲧⲱⲓ socer, ⲱⲟⲣ socer et gener, demotice [illegible] = οἰκεῖος. Sicuti his vocabulis illud athui (ὀνόης, ort ati-ge(ó) adjungitur, ut sacerdotale quid ac maxime reverendum evadat, ita etiam illud ⲱⲟⲣⲛⲟⲣⲁⲗⲃ Arabum [illegible], Schu'eib nil aliud est nisi ⲱⲟⲣ(ⲙ, ⲱⲟⲣ = ⲧⲱⲓ) + [illegible] naib = sacerdotalis. Cur autem Jethro hoc cognomine ornatus fuerit, facile est suspicatu, si titulum ejus כֹּהֵן Kohen = sacerdos Midjan" considerat. Levi igitur tanquam כֹּהֵן Druide

hucusque ego princeps et solus hoc difficillimum documentum veri explicique.

Reverlamur nunc ad nomen proprium Levi Sane bonum parlm. Exodi excerpere nos oporteret, si omnia loca huc facientia hic congerere vellemus. Aliquot exempla attulisse satis erit.

Exod. IV 10 postquam Moses annuisset, ubi vero Dominus non cum eloquium ab heri & nudius tertius dictus ergo & ex quo locutus es ad servum tuum, impeditioris & tardioris linguae sum. Cui ait Dominus respondit. Quis fecit os hominis aut quis fabricatus est mutum & surdum & videntem & caecum? nonne ego? Ite nunc, deus ego, inquit, Domine, mitte quem missurus es. Negat idcirco Deus eum aliqui responsurus, fratur Dominum ne Moses ad Levi eruditum loquitur, sed quod eloquens sit ipse ut ego sit, & ostendit se unum ad omnia habere tum corde. Ego quae ex eius verbo meo in ore ejus, ego ero in ore tuo & in ore illius ostendam vobis, quid agere debeatis" Nonne haec verba dicit se commissurum Deum ad Mosen ut ipse ejus deinceps oratione mea & ejus ipsius Dei oraculo ad omnia aetate, quin etiam mutum usque ad senectutem, non vel omen in [illegible] acceperit, tantum abest ut [illegible] fit eloquentiae dum ejus [illegible] divines exercendae [illegible] avorum nomina [illegible] aliquid deprimendi [illegible]

Verba textus ebraïci אַחֲרֹן הַלֵּוִי pressius et strictius sunt interpretanda, quam hactenus factum est. Septuaginta praebent: Ἀαρὼν (ὁ ἀδελφός σου) ὁ Λευίτης, quos Vulgata sequitur vertens „Aaron (frater tuus) Levites". Sed proprie haec voces sic designant: „Aharon (id est) „Posterior τοῦ Levi" (nam si patronymicon a nomine Levi formaretur, duae vocales i in fine vocis deberent exstare). Aut, id quod maxime se commendat, articulus ה est appositionalis, quasi diceretur: „Aharon, ille Levi". Cujus quaestionis, quod ad stelulam nostram vel maxime pertinet, in sequenti capite ex professo fiat disquisitio et solutio oportet.

## Aharon aegyptiace Pa-soï.

Decennium praeterlapsum est, ex quo in PO tom. XXV pag. 620 inter vocabula semitica ad Aegyptios perlata illud ahbu e Duemichenii inscript. historicis tab. II col. 7 citavi: 𓄿𓄡𓃀 ahebu. Quasi nil a me dictum esset, Brugsius, ut in quaestione de fabulis Aesopi in papyro Lugdunensi I 384 (cf. PA 1878-1879) quae ego jam 1868 eruebam, nulla mei mentione facta, pag. 77. lex. geogr. scribit: „il est question du Pharaon de l'Exode contre les attaques des peuples de la Méditerranée de nomades asiatiques qui avaient dressé leurs tentes 𓄿𓄡𓃀 en face de la ville de Pi-bairos (ou Pi-bailos - Byblos - Belbeïs) où ils étaient près du canal Wakana au nord du canal de Ati". Ergo notionem „tentes = tentoria" tanquam novum sui ipsius indagamentum proponit, adeo rudis litteraturae, ut ne PO quidem nôrit.

Scilicet ego sum, qui primus in PO ll. aequationem 𓄿𓅱𓏏 = אהל proposui. Quare ego solus sequelas quoque investigare potui. Nunquae radix haec late vagatur atque nonnulla emolumenta haud ita exigui momenti nobis inde redundatura confido.
Primum illud usitatissimum 𓄿𓇋𓅱𓏏 𓈖𓂋𓇋𓏏 le camp des soldats (Br. l.l. p. 69) nil est nisi abbreviata forma illius ahel: tentorium; castra enim militum singulis pluribusve tentoriis constare solent.
Deinde coptica hujus vocis sequela vel maxima est putanda, quum ⲁϩⲓ graec. (inclusus tentorio); ⲁϩⲟ diversorium, hospitium, thesaurus, quod integris litteris ⲁϩⲟⲣ servatur; ⲁϩ-ⲥⲟⲗ tectum, tegimen, opertorium (dorsi, tergi!), ⲟⲩⲏϩ-ⲛⲥⲁ sequi (in dorso! ⲡⲟⲩⲏϩ ⲥⲟⲗ, tectum, culmen, contignatio; ⲟϩⲉ domicilium, fortasse etiam ⲟⲩⲏϩ-ⲥⲁ-ϩⲛⲉ mandatum, si quidem actor sive agitator gregis a tergo sequi consuevit. Conferatur quoque praepositiva conjunctio demotica 𓇋𓂋 „el, etiam" cum sensu „sequendi."
Denique haec radix ahar=ahal, cujus propria significatio in tuendo praeservandove consistit, ut sexcentae aliae, intensior fit, gutturali 𓄿 levi (= ʾspiritus lenis) in fortiorem 𓄤 (-H, Π, ʿspiritus asper) transeunte. Hinc expeditur illud frequentissimum 𓄿𓄤𓊪 institutum magnum regis NN. Abjicitur enim rhotacismus antiquiorum vocum. Hinc extemplo perspicuum redditur illud אַחֲרוֹן posterior, oppos. ad פָּנִים „facies" ergo „dorsalis tergalis", ut ita dicam, atque etiam de

tempore usurpatur ad designandos posteros, qui nostra lega sequentur.

Jam noster Aharon, tanquam antiquior et senior forma sõr Aharon, hac ipsa scriptione declarat, se antecessorem habuisse, quem sequeretur avum suum Levi, qui primus hoc nomine (Aegyptio) obvius nobis fit. Quaeritur, num nostra quoque in stelulâ, non obstante exiguitate dimensionum, vestigium aliquod hujus nominis Aharon deprehendatur. Photogrammata duo, quae ab originali Aug. Mariette tabula desumenda curavi, consentiunt in legendâ sequenti . Habemus igitur articulum pa, pe et denominativum in i, qualia supra jam ostendi, a radice . Quid sit hoc instrumentum, monumenta satis declarant, bellatoribus tales pharetras tribuendo, quales, uti apud omnes antiquitatis populos, in dorsalibus partibus portari gestarive solebant. Translatitio sensu paullatim in notionem dorsi sive tergi abiit, ut apud Coptos coc, cwc dorsum. Quum ano 1863 Berolini versarer, quo tempore Brugschius varr. et sa diligenter persequebatur statim ei dixi, notionem „Rückhalt" his communem esse atque in PA sequenti ingenue id se mihi debere confessus est ingenue.

Age jam exempla aliqua promamus e penu inscriptionum inexhausto. Decretum Canopicum ano 1866 a viris doctissimis Lepsio, Reinisch et Roessler e ruinis Taneos urbis eruptum, lin. 9 ferl.  „in dando dorsum suum reditibus copiosis". Τέρπης μικροῦ δεῖ τῶν προσόδων ὑπερβόλης. Cum sensu persequendi saepe

occurrit, veluti in pugna Sesostridis contra Chetas eorumque socios ad Orontem (Pap. Sallier III, ubi. Majestas ejus erat in dorso eorum (hostium) instar gryphis".
Denique quoad temporalem ejus vocis notionem, exemplum sisto ex inscriptione biographica prophetae Boken chonsis, Mosis coaevo, quae in Glyptotheca servatur atque a me primo publici juris facta est (1863). Auctor alloquitur omnes homines et praesentes et futuros hoc modo:  „o homines (Aegyptii) omnes qui nunc sunt super terra et qui veniunt in dorso meo" id est „post me".
Ergo Mosis frater natu major, cui nomina Levi et veletiam  legitime inderentur, vere dignissimus fuit.
Neque silentio praetereundum, totam hanc legendam sic: in dorso stantis sacrificati decurrere, nempe ut allusio ad nomen sive cognomen prae nare Aegyptio obviam fieret. Quae omnia si quis incorrupto judicio, falsis praeoccupationibus longe latequae fugatis perpenderit, ex his nominibus „Levi – Pa-soi = Aharon" solis, me recte judicasse, intelliget.

Valde arridet nomen urbis Ptolemaïdos, Coptis ⲡⲥⲟⲓ, ⲡⲥⲟⲩⲓ nuncupatae, atque re vera in lucem haec appellatio cum themate nostro cohaeret. Invenitur scriptio hieroglyphica  „Psoi-Ptolemaïs", demos  Psoï de nomo Thebaïdis".
Brugsius ll. 362 adnotat quidem, seriore aevo longuam in nomo addi-

titio, deum Horum , ex adverso loci a Graecis Σπέος Ἀστέμιδος dicti, immoluisse, sed verum ejus novitatis causam neque ipse, neque Duemichen in PA 1873, p. 113 sqq. intellexit, hic de aenigmatica nominis Σωτῆς scriptione agi, quod Ptolemaeus tanquam „Lord Protector" assumpserat. Quodsi tecum reputaveris, in sarcophago cum inscriptione graeca: Σωτῆς Κορηλίου Πολλίου υἱὸς Φίλων Ἄρχων Ἀρρῶν" hieroglyphica signa praeberi (cf. Revue arch. 1846 II 711)  ,  =Σωτῆς, jam augurari tibi licebit, legendam nil esse nisi Σω-τῆς, quum accipiter divinus saepe elementis  ter τηρ-tolum primum" compleatur, ut illud Σωτῆς consurgat. Quod ad pantheismum serioris aevi pertinere credendum est, quia antea sive „her-supens," sive „mater=Nort „deus" sit pronunciatus. Demotica quoque legenda  pe-soter = ὁ Σωτῆς haud ita raro fit obvia. Graecis nomen urbis fuit Σύϊς (Πτ). Ex his sequitur, urbis Πολιούχου nomen Ψοι, Ψω- esse abbreviaturam plenioris scriptionis Psu-ter, ut ad nomen conditoris, qui nomen dubie Ptolemaeus I Soter I habendus est, alludaretur. Quod ad sui-murus moenia, praeclare quadrat, quod supra de vera dorsi significatione protuli: revera murus est legimen protectorium, atque auri scriptio in deae reddituri intelligibile, quippe quum Aegyptii plerique artis monumenta auro incrustaverint. In summa: Ptolemaeus I Σωτῆς est δόλιος τοῦ θεοῦ, (Alexandri I) ut Levi τοῦ Levi.

Repetiandum quoque est, scriptionem in templo demum Apollinopolitano (Edfuensi) occurrere, quia templum hoc amplissimum a Ptolemaeo Euergete I funditus reconstrui coepit. Quare numerale septem, antea ⲥⲁϣϥⲉ pronunciatum, hunc temporis sonabat hept-Ἑπτά, quamquam antiquitus id quoque pronunciatum fuerat hept. Nam in pap. Lugdunensi 1345 B 2,3, postquam sermo fuit de naribus, oculis auribus et ore (binario numero occurrentibus) concluditur τὰ ἑπτὰ σώματα τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ. Similiter in pap. Rhind I, 6 legitur: ἡ ἑπτὰς σωμάτων ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ (demonstrativum ⲛⲁⲓ →)

Similiter igitur in templo Apollinopolitano Ptolemaei I Λάγου (ⲥⲁϣϥ/ⲥⲗϣ penultimo est <u>lagou</u> „deus qui avertit malum") cognomen Σωτήρ graecum abiit in aenigmaticam So-ter =  „protector universi" atque deus solaris: Horus ipse, qui aequivalet τῷ Ἡλίῳ, exinde in inscriptionibus appellatur Soter. Memini me Spirae, quum ibi Gymnasium frequentarem, in porta cujusdam magistratus membri archaeologizantis superscriptionem legere Ἡλίῳ Σωτῆρι. Taceo Edfuenses scatere allusionibus dynasticis, veluti Duemichen l. l. citavit: Sepimentum (murus) territorii ( ) τοῦ Σωτῆρος", qua in inscriptione signum , cui <u>anut</u> pronunciatio alias propria est, ad designandum deum Ἄρος ὁ ἐπικούρας τῷ πατρί (Ἀρσοοδάρης - Ἀρσοδάρης) et simul Ptolemaeum I Lagi tanquam Σωτῆρα - huic loci solum particulam genitivi = refert! Cujus autem λάδοξος sa. Ptolemaeus I Soter fuerit,

dyeret." Coranus quoque Jethronem nomine Schu'eib novit, atque Pharanitae ejus posteri eum gloriantur. Quodsi haec cum forma, quae arabica non est, voces cognatas, ابن عم consobrinus; ابن اخ (filius) filius patrui seu patruelis; ابن خال consobrinus; ابن عم cognatus ex parte matris, filius vel filia ex matre, eâdem matre genitus accuratius contemplamur, ad antiquissima tempora relegamur, si quidem earum vocum originem indagare nobis propositum est.

In papyro Prisse, quod documentum vetustate omnia ubique inventa superat, occurrit saepius vox 𓇋𓈖𓐍 cheneṁs cum determinativo personae altissimi gradûs, 𓄿𓏏𓈖𓄿 athui, quae in nomen proprium capitis dynastiae VI. asiae ubpote Aethiopicae, Elephantine oriundae. Revera hodiedum ati-ge (est) summus pontifex in Nubia et Abessynia, multo regem politicum Negus dignitate antecellens. Atqui vocabulum coptica ϩⲉⲙⲛⲟⲩⲧⲉ familiaris οἰκεῖος inde derivandum per mediastationes (sit venia verbo) vocum ⲛⲟⲩ socer, ⲙⲟⲩⲉ socer et gener, demotice 𓄿𓏏 = οἰκεῖος. Sicuti his vocabulis illud athui (ὁ ὑός, ort ati-ge (ὁ) adjungitur, ut sacerdotale quid ac maxime reverendum evadat, ita etiam illud ابن عم Arabum ابن عم, Schu'eib nil aliud est nisi ابن عم (ابن عم = ⲛⲟⲩ) + كاهن kahin = sacerdotalis. Cur autem Jethro hoc cognomine ornatus fuerit, facile est suspicatu, si titulum ejus כֹּהֵן Kohen = sacerdos Midjan" consideras. Levi igitur tanquam כהן Druid

x Hucusque ego princeps et solus hoc difficillimum documentum veri explicique.

Reverlamur nunc ad nomen proprium Levi. Sane bonam partem Exodi excerpere nos oporteret, si omnia loca huc facientia hic congerere vellemus. Aliquot exempla attulisse satis erit.
Exod. IV 10 postquam Moses enuntiavit „obsecro, Domine, non sum eloquens ab heri et nudius tertius" textus pergit: „et ex quo locutus es ad servum tuum, impeditioris et tardioris linguae sum". Ad quae Dominus reponit: „Quis fecit os hominis, aut quis fabricatus est mutum et surdum [illegible] videntem et caecum? Nonne ego? At ille (Moses): „obsecro, inquit, Domine, mitte quem missurus es!" (magis idoneum! ad Messiam aliqui referunt). Iratus Dominus in Mosen ait: „Aharon frater tuus Levi(tes) scio quod eloquens sit; ecce! ipse egredietur in occursum tuum, vidensque te laetabitur corde. Loquere ad eum et pone verba mea in ore ejus, et ego ero in ore tuo et in ore illius et ostendam vobis, quid agere debeatis."
Nonne haec verba disserte ad nomen Levi: [illegible] sacerdotis „ovalis seu „oratione praeditis" alludunt? Ecce igitur Levi orator a tenerrima aetate, quin etiam in cunabulis! inquiet quispiam. Nil moror, nomen et omen in Levi oratore coïncidisse, utpote qui ablativo Levi nomen acceperit, Amrami patre, unde consequens esse videtur, hac in familia eloquentiae sive artis oratoriae curam fuisse gestam, adeo ut liberi exercendae linguae assuefierent. Accedit, morem nepotibus avorum nomina indere genuinae Aegyptiam fuisse, unde adminiculi aliquid deprimere possis, ad explicationem nominis [illegible] elucidandam.

Verba textus ebraïci אַהֲרֹן הַלֵּוִי pressius et strictius sunt interpretanda, quam hactenus factum est. Septuaginta praebent: Ἀαρὼν (ὁ ἀδελφός σου) ὁ Λευίτης, quos Vulgata sequitur vertens „Aaron (frater tuus) Levites". Sed proprie hae voces aliud designant: „Aharon (id est) „Posterior τοῦ Levi" (nam si patronymicon a nomine Levi formaretur, duae vocales i in fine vocis deberent exstare). Aut, id quod maxime se commendat, articulus הַ est appositionalis, quasi diceretur: „Aharon, ille Levi". Cujus quaestionis, quod ad stelulam nostram vel maxime pertinet, in sequenti capite ex professo fiat disquisitio et solutio oportet.

## Aharon ægyptiace Pa-soï.

Decennium praeterlapsum est, ex quo in PO tom. XXV pag. 620 inter vocabula semitica ad Aegyptios perlata illud ahlu e Duemichenii inscriptt. historicis tab. II col. 7 citari: 𓄿𓇋𓇋𓈖 ahelu. Quasi nil a me dictum esset, Brugsius, ut in quaestione de fabulis Aesopi in papyro Lugdunensi I 384 (cf. PA 1878-1879) quae ego jam 1868 eruebam, nulla mei mentione facta, pag. 77. lex. geogr. scribit: „il est question du Pharaon de l'Exode contre les attaques des peuples de la mer méditerranée de nomades asiatiques qui avaient dressé leurs tentes 𓄿𓇋𓇋𓈖 en face de la ville de Pi-bairos (ou Pi-bailos - Byblos - Belbeïs) où ils étaient près du canal 𓅱𓈖 Wakana au nord du canal de Ati". Ergo notionem „tentes = tentoria" tanquam novum sui ipsius indagamentum proponit, adeo rudis litteraturae, ut ne PO quidem nôrit.

Scilicet ego sum, qui primus in PO ll. aequationem 𓄿𓂋𓏏 = אהל proposui. Quare ego solus sequelas quoque investigare potui. Namque radix haec late vagatur atque nonnulla emolumenta haud ita exigui momenti nobis inde redundatura confido.
Primum illud usitatissimum 𓄿𓃀𓂋𓏏 le camp des soldats (Br. l.l. p. 69) nil est nisi abbreviata forma illius ahel: tentorium; castra enim militum singulis pluribusve tentoriis constare solent.
Deinde coptica hujus vocis sequela vel maxima est putanda, quum ⲁϩⲓ graec. (inclusus tentorio); ⲁϩⲟ diversorium, hospitium, thesaurus, quod integris litteris ⲁϩⲟⲡ servatur; ⲁϩ-ⲥⲟⲩ tectum, tegimen, operitorium (dorsi, tergi!), ⲟⲩⲏϩ-ⲛ̄ⲥⲁ sequi (in dorso! ⲡⲟⲩϩⲉϥ ⲥⲟⲩ, tectum, culmen, contignatio; ⲟϩⲉ domicilium, fortasse etiam ⲟⲩⲉϩⲉϥ-ⲥⲁ-ϩⲛⲉ mandatum, si quidem actor sive agitator gregis a tergo sequi consuevit. Conferatur quoque praepositiva conjunctio demotica 𓇋𓂋 „et, etiam" cum sensu „sequendi".
Denique haec radix ahar=ahel, cujus propria significatio in tuendo praeservandove consistit, ut sexcentae aliae, intensior fit, gutturali ⲭ levi (= ʾspiritus lenis) in fortiorem ϩ (=H, Π, ʿspiritus asper) transeunte. Hinc expeditur illud frequentissimum 𓄿𓂋𓊪 institutum magnum regis NN. Aficitur enim rhotacismus antiquiorum vocum. Hinc exempla perspicuum reddidit illud אַחֲרֵי posterior, oppos. ל֫וּ פָּנִים „facies" ergo „dorsalis tergalis", ut ita dicam, atque etiam de

tempore usurpatur ad designandos posteros, qui nostra lega sequentur.

Jam noster Aharon, tanquam antiquior et senior forma sõu Aharon, hac ipsa scriptione declarat, se antecessorem habuisse, quem sequeretur avum suum Levi, qui primus hoc nomine (Aegyptio) obvius nobis fit. Quaeritur, num nostra quoque in stelulâ, non obstante exiguitate dimensionum, vestigium aliquod hujus nominis Aharon deprehendatur. Photogrammata duo, quae ab originali Aug. Mariette tabula desumenda curavi, consentiunt in legendâ sequenti . Habemus igitur articulum , pe" et denominativum in i, qualia supra jam ostendi, a radice . Quid sit hoc instrumentum, monumenta satis declarant, bellatoribus tales pharetras tribuendo, quales, uti apud omnes antiquitatis populos, in dorsalibus partibus portari gestarive solebant. Translatitio sensu paullatim in notionem dorsi sive tergi abiit, ut apud Coptos cor, cwr dorsum. Quum ano 1863 Berolini versarer, quo tempore Brugsius varr. et sa diligenter persequebatur statim ei dixi, notionem „Rückhalt" his communem esse atque in PA sequenti ingenue id se mihi debere confessus est ingenue.

Age jam exempla aliqua promamus e penu inscriptionum inexhausto. Decretum Canopicum ano 1866 a viris doctissimis Lepsio, Reinisch et Roessler e ruinis Taneos urbis eruitum, lin. 9 sqq.  , in dando dorsum suum reditibus copiosis: Textus graecus hic: τὸν ὀλίγας δὲ τῶν προσόδων διεφθόρτες. Cum sensu persequendi saepe

occurrit, veluti in pugna Sesostridis contra Chetas eorumque socios ad Orontem (Pap. Sallier III, ult. ) "Majestas ejus erat in dorso eorum (hostium) instar gryphis".
Denique quoad temporalem ejus vocis notionem, exemplum sisto ex inscriptione biographica prophetae Bokenchonsis, Mosis coaevo, quae in Glyptotheca servatur atque a me primo publici juris facta est (1863). Auctor alloquitur omnes homines et praesentes et futuros hoc modo: "o homines (Aegyptii) omnes qui nunc sunt super terra et qui veniunt in dorso meo" "id est, post me".
Ergo Mosis frater natu major, cui nomina  = אַהֲרֹן veletiam אֲהִי legitime inderentur, vere dignissimus fuit.
Neque silentio praetereundum, totam hanc legendam sic:  Pa-sa-i-na-chem" in dorso stantis sacrificuli decurrere, nempe ut allusio ad nomen sive cognomen pro more Aegyptio obviam fieret. Quae omnia si quis incorrupto judicio, falsis praeoccupationibus longe lateque fugatis perpenderit, ex his nominibus "Levi – Pa-soi = Aharon" solis, me recte judicasse, intelliget.

Valde arridet nomen urbis Ptolemaïdos, Coptis ⲡⲥⲟⲓ, ⲡⲥⲱⲓ nuncupatae, atque re vera in tumine haec appellatio cum Phonate nostro cohaeret. Invenitur scriptio hieroglyphica  "Psoi-Ptolemaïs", demotice  "Psoï de nomo Thebaïdis". Brugsius ll. 362 adnotat quidem, seriore aevo longuam in nomo addi-

litio, deum Horum , ex adverso loci a Graecis Σπέος Ἀγαθώδους dicti, immoluisse, sed verum ejus novitatis causam neque ipse, neque Duemichen in PA 1873, p. 113 sqq. intellexit, hic de aenigmatica nominis Σωτῆρ scriptione agi, quod Ptolemaeus tanquam „Lord-Protector" assumpserat. Quodsi tecum reputaveris, in sarcophago cum inscriptione graeca: Σωτῆρ Κορνηλίου Πολλίου υἱὸς Ῥωμαίων Ἄρχων Ἀγρῶν" hieroglyphica signa praeberi (cf. Revue arch. 1846 II 711) , =Σωτῆρ, jam augurari tibi licebit, legendam nil esse nisi Σω-τῆρ, quum accipiter divinus saepe elementis ter τυρ-τolumpnne" compleatur, ut illud Σωτῆρ consurgat. Quod ad pantheismum serioris aevi pertinere credendum est, quia antea  sive , her-supens," sive "mater=νοῦς deus" sit pronunciatus. Demotica quoque legenda pe-soter=ὁ Σωτῆρ haud ita raro fit obvia. Graecis nomen urbis fuit Σύϊς (Π). Ex his sequitur, urbis Πολιάδος nomen Ψοι, Ψω- esse abbreviaturam plenioris scriptionis Psu-ter, ut ad nomen conditoris, qui haud dubie Ptolemaeus I Soter I habendus est, alludaretur. Quod ad sui-murus moenia, praeclare quadrat, quod supra de vera dorsi  significatione protuli: revera murus est legimen protectorium, atque auri scriptio inde redditur intelligibile, quippe quum Aegyptii plera que artis monumenta auro incrustaverint. In summa: Ptolemaeus I Σωτῆρ est δίδοξος νοῦ θεοῦ, (Alexandri I) ut Levi νοῦς Levi.

Reputandum quoque est, scriptionem in templo demum Apollinopolitano (Edfuensi) occurrere, quia templum hoc amplissimum a Ptolemaeo Euergete I funditus reconstrui coepit. Quare numerale septem, antea cayqe pronuntiatum, tunc temporis sonabat hept-Ennâ, quamquam antiquitus id quoque pronuntiatum fuerat hept. Nam in pap. Lugdunensi 1345 B 2,3, postquam sermo fuit de naribus, oculis auribus et ore (binario numero occurrentibus) concluditur τὰ ἑπτὰ σώματα τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ. Similiter in pap. Rhind V, 6 fertur: ἡ ἑπτὰς σωμάτων ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ (demonstr.)

Similiter igitur in templo Apollinopolitano Ptolemaei I Λάγου (= penultimo est Lagou „deus qui avertit malum") cognomen Σωτήρ graecum abiit in aenigmaticam  So-ter = „protector universi" atque deus solaris: Horus  ipse, qui aequivalet τῷ Ἡλίῳ, exinde in inscriptionibus appellatus Soter. Memini me Spirae, quum ibi Gymnasium frequentarem, in porta cujusdam magistratus membri archaeologizantis superscriptionem legere Ἡλίῳ Σωτῆρι. Postea Edfuenses scatent allusionibus dynasticis, veluti Duemichen l. l. citavit. Sepimentum (murus) territorii ( ) τοῦ Σωτῆρος", qua in inscriptione signum , cui anut pronuntiatio alias propria est, ad designandum deum Ἄρης ὁ ἐπιτυνὰς τῷ πατρί (Ἀρσοσθάρης - Ἀρσοσθάρης) et simul Ptolemaeum I Lagi tanquam Σωτῆρα - hoc loci solum particulam genitivi = refert! Cujus autem διάδοχος sa. Ptolemaeus I Soter fuerit,

notissimum; namque regna Philippi Arrhidaei et Alexandri IV ephemera et nominalia fuere, ita ut revera Alexandri I Magni τοῦ πατροπάτορος Ptolemaeus I, „satrapes Aegypti" dictus, fuisse διάδοχος praesumendus sit. In inscriptione Miramarensi a me primo versâ, quam novissimus quoque publicator Lauthianus (Bergmann) omnium longe difficillumam atque veram Aegyptologum crucem esse confitetur (scheda I p. 10/11) hic nobis occurrit passus: 𓂋𓏏𓈖𓇋𓀀𓊪𓏏𓊹𓂋𓏏𓈖𓅱𓏏𓂋𓏏𓈖𓆑𓏏

Quæret fortasse quispiam, qua de causa tam longus sim in elucidandâ etymi „sa, cor cui dorsum" naturâ. Responsum in promtu est: ut gravitas hujus mei ἐνθυμήματος omnium mentibus profundo inculcetur. Quis enim hactenus ausus esset, de genuina nominis  Aharon certi quidquam in medium proferre? Atque minime dubium est, quin versio hujus nominis, Aharon in linguam Aegyptiacam jam ante Exodi tempora vel maximi momenti res sit apparitura. Ruare perge, nova thesi meae subsidia ex hieroglyphica litteratura repetere.

Jam Thutmosis III aevo, id est XVIII^mo ante Christum natum saeculo, Ebraei nobis occurrunt. Veluti in papyro Londinensi, primum a Goodwinio, deinde a viro juniore Maspero (in Diurnali asiatico 1873) tractato occurrit vox  Aperu - Ebraeus" languam essedarii qui regis equestri stabulo praefuisse videtur, quo tempore Tehutius Aegyptiorum, urbe Iuppu (Joppe Jaffa) per dolosum stratagema potitus est. In horto hujus nunc quoque cultura arborum praecellentis oppidi Pap. Anastasi I Mosen quoque nostrum aliqua re potitum esse narrat, scilicet favore bellae cujusdam Joppensis, hortorum custodis  , quibus in vocibus facile quis deprehendet sau cor „custodire fieri" (Angli bene et breviter „to back" dorsare) modo explanatum  sau-ā „imbecillis brachio-sine baculo seu adminiculo, qui eget auxilio, protectore" eodem pertinet — sicuti vocabula Kamu כמו  hortus", quae primus in auto biographia „Bekenchonsis" et in „novo Cambysae textu" erui.

Atqui inter alias plurimas urbes, quas Thutmosis III illa in expeditione, cujus tabula statistica Thebis mentionem fit, expugnaverat, invenitur quoque nomen יעקב־אל = 𓎛𓄿𓂋𓆑𓇋𓂋𓎛, de quo Vicecomes Emmanuel Dorugatius (De-Rougé) in libello „Étude sur divers monuments du règne de Toutmès III" p. 59 ita scripsit: .... il serait facile de se livrer à des conjectures séduisantes; il est exactement composé comme Israël et signifierait Insidiator dei ou Sequens deum. Est-il permis de supposer que ce nom de localité conserve un souvenir d'un des établissements de Jacob en Palestine! C'est-ce que je n'oserais décider; toutefois, il est à remarquer que la famille de Jacob ne devait pas être en Egypte depuis un temps bien considérable sous le règne de Toutmès III". Contra haec, praesertim contra vocem אל deus, Chabas in „Itinere" (Voyage p. 187) declamavit propter determinativi post 𓎛𓄿𓂋 absentiam, oblitus, in talibus circumscriptionibus, quales sunt regales annuli 𓎛𓂋 et urbium praecipue 𓆑, ob spatii exiguitatem saepius, imo saepissime eis superscripti deri. - Revera nomen urbis Jāqob-El ad sectatorem Dei quendam spectat, sed utrum Jacobus patriarcha, vel quispiam alius nomen loco indiderit, in ambiguo relinquendum est, donec novi fontes aperiantur. Recte quoque vidit Dorugatius, nomen Israël similiter efformatum esse. Namque denotat luctatorem dei "sive cum deo" eo quod cum Domino ipso luctatus esset. Quod nomen, licet serius in dictum (Genes. 32, 28) pertinacius mansit apud Ebraeos, ita ut Israëlis, non Jacobi filii vocitari praeferrent.

Simile quid Levi nostro accidit, ut nomen ejus proprium Levi „oralis" sive „orator" fere in oblivionem abierit, altero nomine s. cognomine vel appositio אַהֲרֹן = ὁ ἑπόμενος sequens, secundus, posterior („Hintermann") praevaliturо. Quod facillimum est explicatu. Scilicet, quo melius distingueretur Mosis frater Levi ab avo ejusdem nominis Levi, cognomen illius Aharon selectum est ejusque versio Aegyptiaca „Pa-sor". Jam intelligent lectores, qua de causa meo de tentorium (proprie tectum, tegumen dorsi) in PO propovito εὐγνώμα tantum ponderis tributum velim.

Caeterum, quum appellatio Aharon specialiter cum respectu ad avum efficta sit, monendum est, apud Aegyptios quoque eum morem obtinuisse, ut nepotes cum avis homonymi essent et „filii" eorum vocarentur, ubi apud Ebraeos latiore posterorum sensu usurpatur. Veluti Hela Antiquarii Monacensis Petiharpocratem quendam sacerdotem exhibet, cujus caput insigni radiante tectum est; ejus filius natu maximus simul „filius avi NN" nominatur. Alterum exemplum e biographia Jesuno Amosis nauarum superioris, quam primus vir dere aegyptologicâ optime meritus: Devugatus vertit substituto: „Ahmes le chef des nautoniers". Is in praeambulo se ipse nominat „filius Abanae"; sed e contextu appareat, patrem ejus Babafuisse. Ergo Abana fuit avi nomen. In sepulchro Babae [cf. Brugsch. hist. Aegypti] mentio fit famis diuturnioris, quae Aegyptum visitavit diebus Josephi patriarchae.

Fuit igitur Mosis frater Levi, quo in nomine proprio eli simul oratoria ejus qualitas complectitur. Fuit Aharon cum respectu ad avi identicum nomen Levi, similique ac Jaqub יַעֲקֹב „pedisequus," pejorem in partem acceptum „supplantator," „Hintergeher") notione. Filuli ejus נָבִיא „vaticinator, vates"; שׁוֹחֵט su-schot „immolator, sacrificulus"; טָהוֹר tuab, ὅσιος mundus, purus, sacerdos" satis e stelula nostra palefacti sunt. Accedit, quod sacrificium in altari positum offert Deo non praesenti. Diligentius inspicienti cippum arietes duos animadvertere mihi visus sum, piscem inter et lauri vel bovis femur. Nonne haec scena nos admonet Exod. XXIX 1 „Sed etiam hoc facies, ut mihi in sacerdotio (Aharonis et Levitarum) consecrentur: Tolle vitulum de armento et arietes duos immaculatos ect." Revera in superiore stelulae compartimento, columnâ mediâ, pone Mosis sublimem figuram deprehendo gracilentiorem fratris Lasoï = Levi = Aharonis! Sedet cum virgâ illa virenti, barbatus ut ille; oris habitus maciem quandam prae se fert, genarumque rugae senilius quid sapiunt. Sed id quod maximum est: pileus capitis simillimus ei, quem hodiedum Judaeorum patres familias in consessibus festis gestare consueverunt! Me dius fidius! Nonne ibi quasi in circulo familiarium: Mosis, Ziphorae, Mirjam et uxoris ipsius Elischeba (rar. Zebâh) sedet et officium religiosum peragere videtur? Equidem censeo, ex tot millibus stelarum Aegypto oriundarum vix ullam tanti momenti exstare. Nam exhibet nobis Par nobile fratrum!

Neque silentio praetercundum est, Huiin scribam pap. Anastasii IX, ubi Mosis correptoris sui familiares satyrice perstringit, duo prima exemplaria ita selegere, ut ad Mosis fratrem Levi-Psoi saltem alludere videatur. Quorum primum est manifestum, cui jam abhinc undecim annos observaveram. Ille enim rogatus Mosen qui dixerat, Huiin non esse scribam regularem neque unquam, utpote negligentem, ad superiores ordinum gradus ascensurum, Huiis reponit, sibi notos esse permultos, viribus debiles, brachia fractos, nihilominus potentes et domi suae bene se habentes; hunc verbo tenus pergit dicere haecce:  „Age dicam tibi qualitatem scribae Levi." Appellat eum „facem granarii (quotidie corr.) cognominatum; nunquam se movit, nunquam festinavit inde a nativitate suâ; horret activitatem realem, non novit illam; tamen, quamvis sit mortuus Amenti, membra ei sunt sana, neque unquam duxit eum timor Dei boni (Osiridis)." Nunc sequitur immediate: „Num peraesum est te (personae, vov) Sa?" Sane possed nomen Ka-sa sonare; sed nihilominus restat allusio ad cognomen fratris  , ut supra Levi haud absque malitioso consilio ab Huii scriba e multis selegitur. Hic Sa vel Kasa titulatur: „Inspector gregum (id quod revera erat) et „  hopet-cheru = congregator vocum"; se Mosi jampridem ejus effigiem delineasse moralem, illo non contradicente". Videamus, an non unum ex amicis Mosis in Serapeo investigaturi simus, cui Huiis pepercit.

# Horus-Bezalēl metallurgus.

Exod. XXXV 30 legitur: „Dixitque Moses ad filios Israëlis: Ecce! vocavit Dominus (XXX 2) nominatim Bezalēl filium Uri filii Hur de tribu Judæ; LXX: ... ἀνεκάλεσεν ἐξ ὀνόματος τὸν Βεσελεὴλ τὸν τοῦ Οὐρίου τὸν τοῦ Ὡρ .... Equidem ex hac versionum dissensione „filii"-τὸν (pro τοῦ) id mihi juris desumere velim, ut nomen avi חוּר Hur. Ὡρος Horus, quod in inscriptionibus Serapei aegypto-aramaeis" aliasque saepius occurrit, ad nepotem quoque: statuarium Dei referam, ita ut בְּצַלְאֵל mihi valeat „artifex metallurgus sive statuarius Dei", quod cognomen in nomen proprium abiit. Quodsi haec ita se habent, Horus ille est qui Exod. XVII 10, 12 in scenâ illâ magnificâ pugnae cum Amalegitis una cum Levi Mosis manûs sustentâti, donec occidente sole victoria pâta et hostium caterva in fugam conversa est. Haec praeferentia, qua Horus a sinistra Mosis cum Levi dextram fulcienti quasi triadem repraesentat, satis aperto demonstrat, Horum hunc e familiaribus Mosis Aharonisque fuisse. Accedit, quod nox בֹּצֶר, a radice basan ☥ terra metallis inclyta יְשֻׁרוּן (Deuteron. III 1), ut recte monuit Chabas, copticae voci BACNHT faber aerarius in pap. Anastasi I 26, 7 perfecte respondet. Itaque nullus dubito, quin vox בֶּצֶר atque Praecorum Βάραθος eorum pertineant. Aegyptii serioris tempore  mesen-ti dixere. Jam vero in Serapeo ☥ Mariette pl. 10 inf. me etiam hic positam inscriptionem invenio: „Illumina, Osi- ri, magnatem artis sculpendi, Horum".

III

# ZIPHORAH DE BAR-JAH.

Dominam demüs augustissimam ob oculos lectorum sistere quae Mosis conjugem Ziporah, Jethronis Madianitae filiam, non solum pulchritudinis splendore florentem, sed etiam catechumenae coronâ redimitam. Cujus imago vel quater nobis occurrit in sfetulâ nostrâ haud secus ac monumenti artifex praeferentiam quandam hujus feminae prae duabus aliis exprimere voluerit. Quamquam enim et Mirjam, quae eam proxime sequitur, in infima sfetulae parte tanquam fratrum nobilium: Mosis et Aharonis, soror atque prophetissa, magnam sibi vindicat auctoritatem, et Elischeba (=Zeba), quae ultimum locum obtinet, utpote Aharonis uxor, aliquid ponderis sibi flagitat, tamen Ziphorah (LXX Σεπφώρα - Vulgata: Sephora) longe eas antecellit, ita ut quasi regina familiae leviticae appareat. Accedit, quod ejus nomen ad sublimiorem gradum vertendo evehitur, et in scriptione ejus tres variantes occurrunt, quae et ipsae per se consideratae, philologorum acumen provocat exercetque. Priusquam autem ad hanc difficillimam thesin accedam, haud absonum erit, de patre ejus: Jethrone, Madianitarum יִתְרוֹ, pauca praemittere.

## Jethro sacerdos Madianaeus Raguel cognominatus.

Capitulo ejus sacerdotali quum in praecedentibus jam prolixior sermo fuerit, ad proprium ejus nomen accedamus oportet. Scribitur יִתְרוֹ Jithro, descendilque a radice יתר circumire negotii causa, ut סָחַר „negotiari", unde trilissimum illud Judaeorum sachar „Schacher", saepius in malam partem acceptum, quasi esset „foenerari". Praefixo Jod י pronominali, tertiae personae masculini generis indice, existit illud יִתְּרוֹ is (id) qui (quod) quaeritur; activo sensu יָתֵד paxillus clavus, a penetrando dictus. Equidem censeo, etymologiam nominis Jithrō cum תָּר „mercator, negotiator" intime cohaerere eo sensu, ut mercator futurus indicetur, quasi scriberetur יִתּוֹר „circumibit, mercabitur, negotiabitur" Revera Septuaginta interpretes scripserunt Iothor Ἰοθόρ. Cujus appellationis vim atque sensum quo melius intelligamus, illum Genes. XXVII 28 versum in memoriam revoco, ubi scriptum exstat: „Et praetereuntibus (וַיַּעַבְרוּ παροδεύσαν) viris Midianitis negotiatoribus (סֹחֲרִים) extrahentes eum (debet subintelligi „Joseph") de cisterna, vendiderunt eum Ismaëlitis". Quum hoc loci negotiatores exprasse οἱ ἔμποροι οἱ Μαδιηναῖοι nominentur, haud dubium est, quin populus ille Madianitarum, Ismaëlitis cognatus, rei mercatoriae imprimis operam dederit. Unde consequitur, vocabulum Jithro „Mercabitur" ex intimis earum nationum visceribus fluxisse, quae Midianitis in promtu erant. At mox excelsius quoddam sacerdoti nomen contigit.

„Postquam Jethro sacerdos Midianitarum, Mosis socer, audivera[t] quanta fecisset Deus יְהוָה Mosi et Israëli populo suo et quod eduxisset Dominus יְהוָה Israëlem de Aegypto, tulit Sephoram uxorem Mosi, quam remiserat, et duos filios Gersam (גֵּרְשָׁם „accola“ et עִם ; bi“) et Eliezer- Deus meus אֱלִי adjutor עֶזֶר)... nuntiarique jussit Mosi adventum suum. Qui egressus in occursum cognati sui, adoravit (salutavit) et osculatus est eum, seque invicem verbis pacificis allocuti sunt. Laetatusque Jethro super omnibus bonis, quae fecerat Dominus Israëli, eo quod eruisset de manu Aegyptiorum eum, ait: „Benedictus Dominus, qui liberavit vos e manu Aegyptiorum, et de manu Pharaonis, nunc cognovi, quia magnus Deus (Dominus) super omnes deos, eo quod superbe (Aegyptii) egerint in illos (Ebraeos)“. Obtulit ergo Jethro Mosis socer holocausta hostiasque Deo; venerunque Aharon et omnes seniores Israëlis, ut comederent panem cum eo. (Sequitur quare Jethronis consilium).

Haec narratiuncula plures continet res haud ita spernendas. Nam indefit verisimillimum, nomen Raguel רְעוּאֵל Raguel Rayovnjl „amicus Dei (Deo)“ hunc demum Jethroni inditum fuisse, utpote ad cultum veri Dei converso. Quodsi quis objecerit, jam prius (Exod II 18) nomen Raguël occurrere, animadvertendum est, hoc loco anticipatione non auctoris ad serioris librorum sacrorum recensoris seu redactoris nomen Raguel obvium esse, ubi legitime „Jethro“ expectetur. — Quae supra de vocalis Yiniliativae in Γ, G, transitione producti jam sunt augenda.

Non agitur de re levi, sed de tali quae summi momenti habenda est, si quidem nunc primum Europae nomen hieroglyphice et demotice scriptum proferamus sum. Lin. 51 textus graeci inscriptionis Tanitae inventae sed Canopi decretae fert: „καὶ ἡ ἀναγωγὴ τοῦ ἱεροῦ πλοίου τοῦ Ὀσίριος εἰς τοῦτο τὸ ἱερὸν κατ' ἐνιαυτὸν γίνεται ἐν τοῦ ἐν τῷ Ἡρακλείᾳ ἱεροῦ τῇ ἑνάτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ Χοιάχ." Quae signa notionem templi τὸ Ἡρακλεῖον vocati contineant, haud ita difficile est enucleatu. Nam textus hieroglyphicus fert (lin. 25/26): Quod Brugsius (Ex. geogr. p. 119) correxit in  vertens „le temple du dieu Amûn de la ville de Sereb à l'embouchure du An-Nil." Neque ad demoticum textum monumenti satis respexit scribens: „le temple de Pi-Amûn de la ville Sereb":  At reverâ in monumento demotice exstat: ex templo domûs Chonsyïs Europaei". Scilicet Chonsu, Amonis filius, ubi jamdudum ex Herodoto (II 42) probavi, Graecis erat Ἡρακλῆς (cf. Etym. sub voce Χών, Χῶνες – Ἡρακλῆν καὶ Διόνυσόν κατὰ τὴν Αἰγυπτίων διάλεκτον) Hic loci cognomen accipit sub  = ʿereb „occidens", vesperlina regio, – Εὐρώπη, atque idcirco a fratre Κάδμος =  qedem = „oriens" quaesita. Neque piscis ān  corrigendus in  , si quidem Herodotus II 93 de καταβάσει et de ἀναβάσει σῶν ἰχθύων ἀγελαίων similique quid indigitavit. Id quod maximum est, ei insisto exclamans „: Cave credas Bruxio vel cuipiam alteri, inscriptiones Aegyptiorum corrigere praesumenti!

* Hamburg 15,4 =  = ΔΠΔ·ΘΝΗC = Ἡρακλεόπολις =  Signum  determinativi loci.

Seriores ex hoc nomine גרב Gereb formasse Κάνωβος, vel hieroglyphice: Ka-neup-t id quod Aristidi rhetori ansa fuit verbendi: ὁ Κανωβικὸς κόλπος – et cum nomine Κανώβου, Menelaï nauarcho confudisse adeo ut vel nomus pertinens nomen Μενελαΐτης acceperit, haud mirum est. – Quod ad nomen urbis , a Brugsio cum antecedenti Gereb identificatum, in cuneiformibus inscriptionibus (cf. Oppertium: Rapp. p. 99) Karbanit occurrit, tanquam extremus terminus expeditionis, ab Assurbanipale susceptae, contra Tearchôn (Thirhagam Bibliae, Manethonis Τάφνας: Takar-ga) qui Memphi versans, nuntium de regis Ninivitae invasione accepit. Bene Brugsius (l.l. 855) citat ex pap. Harris magno:  saltus occidentalis inde a Memphi („a domo personae rou Ptah") usque ad Karbanam". Certum mihi quidem est, hoc quoque nomen, quod illud Κασπᾶν in mentem revocat, ex Oriente repetendum atque ad radicem קרב qerāb „bellum, pugna" sensu amplialivo sumtum, referendum esse. – Quodsi Brugsius ad pap. Lugdun. I 350 IV lin. 5ab infra, relegat ad nomen urbis , ego, qui totum hoc documentum analytice exposui, nil inveni nisi: id est: paut (πετ in πετ-βε Saturnus = ) - ϥt deus, dii", non urbis nomen. – Quid autem e longinquo nomina repetamus, quum ad portas terrae Aegypti celeberrimum nomen Gazae occurrat? Pap. Anastasi IV/ penult. loquitur de itinere Mosis speciali, inde a Raphia „os posthumum" usque ad Gazam (stat. const.) ubi schoenus erat.

# Ziporah-Sephora.

In sacris litteris nomen uxoris, quam Moses exsul, utpote qui vindictam familiae ab eo occisi Chonsu-Tehutis (cf. Ἑρμῆς ὁ τρισμέγιστος Brux. Jocum demonst. coll. tab. X col. II, lin. 17) timeret simulque Areopagi Aegyptii verdictum, punisone scribitur צִפּוֹרָה Σεπφώρα, Sephora. Porrus non dubitandum est, hoc nomen quoad radicem identicum esse cum צִפּוֹר generis communis, plur. צִפֳּרִים, „avis" seu „avicula canora" a verbo צפר garrire, pipare, pipilare. Atque haud ita illepidum erat, infantulam recens natam tali caritatis et confabulationis appellatione vocare. Neu mireris, quod hoc nomen in Melulâ non occurrat, admoneo te duplicitatis nominum, cujus jam plura produxi exempla. Sed simul animadvertendum est, radicem צפר nil esse nisi derivationem a primitivo verbo דָּבַר loqui, unde דְּבוֹרָה apis, a „loquendo" vel stridendo, sicuti „locusta" et עֲגָבָה locusta (cf. עָגַב loquor λόγος). Sicuti hoc celeberrimum nomen Deborae in nomen proprium versum est, ita etiam ab eadem radice in sequenti capite deprehendemus nostram Zipporam vel Sephoram transmutatam in Debar-jah, ter variatum, quippe cujus initiale signum Aegyptiis Nt sonuerit.

Cave confundas hanc nostram Sephoram cum alia femina sacrae scripturae. Legimus enim (Exod. I 15): „Dixit autem Rex Aegypti obstetricibus Ebraeorum, quarum una vocabatur Sephora altera Phua!

Septuaginta quoque interpretes praebent Σεπφώρα ut supra, licet in ebraïco textu hoc nomen diverso modo scribatur: שִׁפְרָה Schiprah". Quid huic formationi faciendum sit, valde desudarunt commentatores. Equidem, ne nullus fiam, breviter ad radicem eam provoco, quae exstat in nomine regionis שְׁפֵלָת occidentalis Palaestinae tractus, qua mare versus patet atque ideo recte a verbo שָׁפַל humilem, depressum esse" denominationem traxit. Norme terra Kanaan simile quid denotat? Revera כְּנַעַן hieroglyphice Kenāan, amplitivum radicis כָּנַע humiliari, humiliarise. Credo, Mosen in Pap. Anast. I 27, 1 ubi: „Mapu, qui cognovit manum suam, persecutor Aolanarum (Aelamitarum), qui perscrutatus es extrema utriusque terrae (dualis) o Cananaee, non respondes mihi". Sane vox Kanani, quae casu vocativo prolata esse debet, litterā tenus respondet gentilicio כְּנַעֲנִי.

Ergo obstetricis nomen Schephelah sive Schephrah fuit atque „humilem" denotavit, quā denotatione, ubi de infantula appellanda agitur, nil potest inveniri congruentius vel aptius. — Quod ad collegam ejus Puvá Phua attinet, hoc nomen mihi quidem Aegyptium quid sapere videtur. Scilicet vox pu Bew, qw, qor, qor crinis, capillus, saepius cum Adjectivo āa magnus longus ar. crescere" conjungitur, ut „comatus" (a) exprimatur (cf. Libellin. N° 144). Ergo פּוּעָה „Comata" ut Schesch Menae (uxor.

# Debarjah-Ntebarjah-Ndhebarjah.

Post virorum triada supra demonstratam nunc ad femininarum inclytarum triada transeundum est. Animadvertet attentus lector, ubi stelulam in frontispicio hujus operis propositam accuratius inspexerit, Mosi bis uxorem adjunctam esse, et in superiore parte, et in media. Eandem tertium reperimus, non stantem, ut antea, sed in genua prolapsam pone Leviten sacrificulum, eodem adorantium habitu, quo duae aliae feminae post eam effictae sunt. Lentulam dicubi admoveris, deprehendes in capite hujus archiducissae femineï chori, <u>coronam</u>, tribus circulis super capillis conspicuam. Atque eodem instrumento usus, in superiore parte, columna media semidiruta, supra paris fratrum nobilis capita, tria femininarum capita investigabis, ex adverso quam illorum vultus, spectantium. Quarum quae lectoris sinistrae (monumenti dextrae) respondet, itidem <u>corona</u> insignem invenies, ita ut suspicio oriri possit, hanc Mosis uxorem regio vel magnali sanguine prognatam fuisse. Sed ne incertus ambigas, id quod diuturnâ disquisitione persuasum mihi habui, breviter indicaturus sum: <u>Corona</u> ea ad initiationem referenda est, qua <u>Zipporah</u>, hoc nomine deposito, mysteria Dei veri cognovit et novum inde nomen „<u>Debar-jah</u>" accepit.

In universum dici potest, hanc figuram elegantia praecellere. Attendatur animus primum capillis diligenter complis; vestitui vere fastuoso usque ad soleas defluenti; dextrae floris calycem tenenti, dum sinistra adorandi gestu elevatur; facici pulcherrimae, quam supereminet florum fasciculus eleganter dispositus, ita ut ab occipite incipiens usque ad nasum faciei decurrat. In secundo compartimento, ad viri meliquae Mosis humiliorem statum quodammodo accommodata, eodem quidem ut supra habitu adorantis repraesentatur, at dextra similem floris calycem tenet, sed capiti simplicior unius floris ornatus superpositus est. In tertia sectione genibus imisa, dextram ori admovet, dum sinistra elevatur; caput corona sive serto redimitum est; qualiter supra mediâ columnâ semidirectâ effingitur, obscuriore paullulum colore, unde „Aethiopissae" nomen fluxisse videtur. Tribus his mulieribus inferioris sectionis id commune est, ut vestis, ventrem quâ obtegit, figuram humani vel divini capitis ostendat. Quid huic ornatui faciendum? Casui quominus id tribuas, obstat constans in tribus ventribus ejus capitis recursus. Neve gravidas utero repraesentari putes, ventrium est tanta macies, ut nisi phantasiâ adhibitâ quidem tale quid supponere possis, vel ejus rei ratione non habitâ, quod Mirjam virgo eandem ventris vestisque singularitatem prae se ferat. Ne multus sim, breviter declaro, hanc picturam seu acu insertam imaginem neque ad Urim – Thummim, Massekah, Thraphim, neque ad Ephod Summi pontificis, sed ad Pesel-Jehovah pertinere, de quo Judd. 18, 6: נֹכַח יְהוָה דַּרְכְּכֶם

Septuaginta interpretes vertunt: ἐνώπιον κυρίου ἡ ὁδός (ὑμῶν): Vulgata habet: „Respicit Dominus viam (vestram)" - melius erat: „prospicit Jehovah viam": Nam verbum נָכַח cognatum τῷ נָחָה „ducere praeire transferre" proprie significat ὁδηγὸν, ita ut verti debeat: ὁδηγεῖ ὁλκὸς ὑμῶν. Atqui ὁδηγός „viae monstrator. ductorve" faciei obtutu eorsum spectat, quorsum fit iter. Ergo illud simulacrum, quod femineum trium ventribus quasi viam salutis (שָׁלוֹם cf. Judd. 18,6) monstraturum insidet, sive ad מַסֵּכָה Massekah „filorum in stamen inductio"/acu-pictura?) sive ad פֶּסֶל — אֵפוֹד referueris, utique Jehovah deum repraesentat. Quod ad vocem Ephōd, copt. lex. praebet ⲉⲫⲟⲧ „epomis (humeraculum ἐπ-ωμίς), amiculum e pilis caprinis vel camelinis contextum; vestis aspera, scabrosa" — ⲉⲫⲟⲩⲧ piscis loricatus cf. Chronicon paschale: τῶν γὰρ ἐν ὕδατι οἱ νῆες, οὓς καλοῦσιν οἱ Αἰγύπτιοι μὲν Ἐφώδ, Ἕλληνες δὲ ἡμιολίους. Revera vox 𓆑𓂋𓏏 (Hambres 15,25; 100,5) pisces denotat variis squamarum coloribus micantem. Hinc illud humeraculum Ephod proprie amiculum diversicolor fuit, quale jam in immigratione Semitarum in sepulchris Beni-hassanis depicta, praesertim quoad femineum vestitum, satis perspicue deprehendimus. Itaque voc Aegyptiaca abot vera τοῦ Ἐφώδ radix habenda. Quod ad imaginem Jehovah τοῦ Κυρίου, cave offenderis, illa decalogi lege hic supersederi; neque enim agitur de fictili sculptilive, sed de textili-pictāve figura, qualis Judicum quoque temporibus usitata fuit. Capitis tegumen Mosis modium in mentem revocat.

Sicuti hoc loci primum occurrit, Summi Ebraeorum Dei simulacrum effigiem sic etiam nomen ejus sublime stelula nostra princeps solaque exhibet tribus vicibus. Quasi poëtae romani „A Jove principium" artifici notum fuerit, incipit legenda „Debar-jah" a voce 𓄿𓂝𓇋 „Jah" secundum Aegyptiorum consuetudinem, deorum nomina in scribendo anteponendi, licet in pronuntiando secundum elocutionis membrum formenti. Veluti Pharaonis Exodi – de quo mox plura legentur – 𓇳𓊪𓂋𓏏𓂋 scribitur „Ptah-meri-en", legitur autem „Meri-en-Ptah", unde Μενεφθάς. Videmus aliquoties hanc legendam hieratice hoc ordine scribi (cf. P. Anast. III, Verso 5, 4, ubi 𓏏𓂋𓇳𓊪𓂋𓄿𓂋𓈖𓇋

Non ignoro, Gesenium rei diversum ut ita dicam adspectum aperire, dicentem „יָהּ nomen abbreviatum pro Jehovah", quod perperam ab eo contendi facile est probatu. Scilicet radix יָהּ, quae existentem a semet ipso (Consentem?) significat et cum verbis הָיָה esse הָוָה praegnanter esse = vivere intime cohaeret, reduplicata fit יַהּ יָהּ Jah-Jah, unde, propter vocalium i-y-u-ov affinitatem exsurgit illud tetragrammaton יְהוָה „Jehovah". Sed antiquior simpliciorque forma servata est e. gr. a Diodoro I 94: παρὰ δὲ τοῖς Ἰουδαίοις Μωσῆς τὸν Ἰαὼ καλούμενον θεὸν προσεποιήσατο τοὺς νομοὺς ἐκ τοῦ Διόσ εἶναι - Diodorus enim aperte ἐκ Διός). Etiam versus Sibyllae meminit hujus antiquioris formae: Ῥηϊὰ θεῶν ὕψιστον ἀνάρξατε ἔμμεν Ἰαώ. Haec passim occurrit in pap. Lugdunensi graeco: ⲓⲁⲱ Iah-o hoc est „Jah-magnus" ut Pharao' valet „domus magna, οἶκος μέγας.

Jam vero, si conjunxeris vocem אַיִל robur, de qua supra in capite de Magnel sermo fuit, voci Jah satis enucleatae, habebis אֵלִיָּהּ, unde אֵלִיָּה „Eljah-Elvah-Eloah", Arabum „Allah", cujus compositi forma pluralis est אֱלֹהִים. Quam cum singularis numeri verbo construi non mireberis, ubi mecum esse compositum vocis אַיִל „robur' et יָהּ „(es-)sentes" statueris. Quantopere hoc in vocabulo proprie „robur (et) sentium" denotanti desudaverint Gesenius aliique, quorum provincia, ut ita dicam, sacra Biblia facta esse videbatur! - Sed tempus est, ad alia nunc transire.

Sicuti in phrasi „Jehovah-Elohim" radix „Jah" proprie ter repetitur id quod ad triada sive trinitatem spectare videtur, sic etiam nomen Zipporae post initiationem ejus triplici scriptione reperitur. Etnam „Debar-jah" sive „Tebar-jah" modo tractavimus. Alteram, quae in secunda stelulae nostrae sectione legitur, paucis praeparare lubet.

In pap. Anastasi III, 1, 3 (Verso) ubi de Ebraeis lateres effingentibus ut specialis sermo – prout in tertia hujus operis parte luculenter demonstrabitur – rationem reddit receptor quidam reditum superiori suo de operarum laboribus, in exstruenda nova Pharaonis aede occupatorum. Post praeambulum dicit haec: „Non sino eos remittere de strenuo labore in palatio regio, propter mandatum elapsum super linguam tuam,  „propter illud effatum dicens: O sacrenovationem! Isti non relaxentur, luxuriantes!" Videmus hic vocem pa-dhabĕ sō ḫ̱ua „illud effatum" ex semitismo desumtum, quia cum Semitis i.e. Ebraeis illi receptori res erat agenda. Similiter in scribendo nomine „Debar-jah" = „effatum Jahis" sculptor stelulae nostrae non  „manum" adhibet, ut ebraicum Daleth ד quod ex hieratica manūs formā fluxit, exprimat, sed primo loco  = t, secundo loco nt tertio  ndh (vd), unde perspicuum fit, Ebraeis litteram Daleth hunc temporis peculiari quodam linguae dentiumque sono pronunciatam esse.

Simile quid millennio post(?) accidit. Nempe nomen persicum Dareiawusch = Δαρεῖος - Darius hieroglyphice hisce variantibus scriptum exstat: 

Quarum variantium quae ultima hic posita est, fidelissime nomen dynastae Persarum Aegyptiorumque (dyn. XXVII) reddit; caeterae initialem vario modo assequi conantur: nth, ntth, ndh, nd, t, sonantes. Neque absonum est Graecorum hodiernorum expediens, ad Medias consonantes b, g, d exprimendas. Scilicet postquam ipsorum β, γ, δ in leniorem sibilantemque pronunciationem v, j, ð (ut Danorum) transiit, nihil aliud iis auxilium apparebat nisi (ut fit Tenues π, κ, τ, praefixa Labiali μ, γ (proprie gutturali liquida) v: μπ = b, γκ = g, ντ = d — quae omnia in libro meo de Alphabeto universali" 1855 et de germanico Runenfudark" 1857 fusius exposui. Ego μπάρβαρον, γκιντάς = Pikas, ντε = de (in praefixo nominum francicorum nobilium).

Quanto magis stupendum in antiquissima hac nominis „Debar-jah" scriptione:  ! Quamvis enim ulterius elementum „Jah" et in secunda et in tertia sectione paene ad nihilum sit redactum, tamen vestigia conservata et cornutus ejusdem personae cum antecedentibus ejus figuris nullam dubitationi ansam praebent, quin revera in originali sic scriptum extiterit.

Manet nos alia ejusdem Debarjah repraesentatio, coronatam dico.

# Sancta-Catharina.

Zipporah zelum quendam ostendit in circumcidendo filio Exod. IV 24-26) acutissimo usa silice, et allocuta Mosen maritum: „Sponsus sanguinum tu mihi es". Hinc si quis elicuerit, tunc temporis Mosen inter et Zipporam matrimonium justum non intercessisse, posseque coronam Debarjae nostrae ad sponsalia referri, magnovere erraverit. Nam Ester audit גְּבִרְתָּ, domina domûs", quo titulo legitimae designantur uxores. Quodsi eam solam sic vocari animadvertas, neque hunc titulum aliis duabus feminis: Mirjam et Elischeba-Zebâi, solemniter hic inditum esse, jam augurabaris, cur Exod. XVIII 2 et 5 simultas quaedam Mosis cum. Debarjah aliquamdiu obtinuisse videatur. Sed, id quod maximum est, hoc ille Exod. XII 1 sqq. ex hac zelotypia quodammodo expeditur, ferens: „Locutaque est Maria (Mirjam) et Aharon contra Mosen propter uxorem ejus Aethiopissam etc". Sane, Aharon orator verba facit pro muliere suâ, seu viva seu mortua, haud alia de causa, quam quod Debarjah ampliore sepulchro condita esset. Nam eam ipsam tunc temporis morte abreptam fuisse, multae suadent rationes, quas heic persequi supervacaneum est. Concupiscentiae sepulchrâ inter et Chazeroth, quae statio proxime sequitur, haec familiarium mussitatio contra Mosen exorta est. Cur?

Equidem censeo, propter honorificam ad latus montis Pebel-Mûsa' elationem uxoris ejus, quae a corona κίδαρις, στεφανος; גָּדֵר murus, septum; גְּדֵרָה sepes, sepimentum, κορωνίς, corona (κοσμωνίς, cadrona?)

vocabula est כְּדֻרִיָּנָה id est: „Coronata". In Aegypto eadem haec radix quae etiam in vocabulo כָּדוֹל magnus (ob circumferentiam, volumen) servatur, recurrit in composito מִגְדָּל dans sepem = turris, quod multijo semitica videtur. Sed genuinae voces 𓎛𓂋𓏏 Keter κτε circumire, κιτ-κετ circulus κωτ circumjacens regio, 𓎛𓂋𓏏𓈖 circulare, 𓎛𓂋𓏏𓏇 rota figulina et multa alia exempla demonstrant, hanc radicem Ket(er) ambabus linguis communem, late vagari. Quin etiam 𓎛𓂋𓏏𓈖 regio circulo comprehensa, a viro perspicacissimo Chabas (liter) recte cum גָּלִיל „Galilaea" confertur, atque ego adjunxerim copt. κλ, κορκερ, κοτλωλ volvere, volutare, involvere. Fortasse etiam τιάρα nil nisi κτιάρα, tiara.

Quorsum haec spectent, jam dijudicaturus es. Est in monte Sinaï excelsissimus apex, quem antiquitus Gebel Katherina appellant. Temporibus christianismi, qui sub Marco, Petri discipulo, primam Alexandriae floruit, „Sancta Catharina" in omnium ore esse coepit, ita ut permulti ad illum tepicem peregrinationem susciperent, ibi vestigia sepulchri ejus, ab angelis sublime corpore translato, subsistere rati. Maximum quoque illud claustrum, mox a monachis frequentatum, Sanctae Catharinae nomine inclaruit. — Ex omnibus his sequitur, antiquitus illud nomen summo montis apici inhaesisse, neque dubito, quin Moses uxor Chabarjah „Coronata" vocitata, revera ibidem sepulta sit. Plura hac de re in Parte tertia, ubi de primordiis Exodi agetur, afferentur, quae una cum Elischeba-Gebel mortua lucem accipient.

Ecce tibi sistо Mirjam prophetissam, Mosis Aharonisque sororem, prolotypon Beatae Mariae Virginis. Si lector attentus, quae hucusque in lucem producta, vel severâ critice dignatus fuerit, non dubito quin persuasum sibi jam habeat, revera in stelulâ nostrâ Mosen cum familia sua sacrificantem adspici. Sin dubitat ic — id quod fieri posse vix credibile est — de summâ rerum relinquatur, maxima cum fiduciâ spero, capite hoc de sanctâ vate perpenso, hanc radicitus evulsum iri. Nam monumenti quoad hanc virginem ea est indoles, ut per se cuique fidem inculcet, nisi forte quis oculis auribusque occlusis nihil lucis inde exoriri posse vetit.

Scilicet figura ista Mirjam, licet semel tantum, in infima stelulae sectione, praebeatur, tamen id peculiare ostendit, ut duplex facies uno super trunco conspiciatur: una profilum ostendens, altera ex adverso intuens, quae etiam in superiore monumenti parte, columnâ media, qua vastatoris manus, textu deleto, quinque illas familiae imagines quales Exodi tempore fuerunt, delineavit. Prium femininarum Mirjam medium occupavit locum, quem etiam infra inter fratrias suas obtinet.

Accedamus ad ejus figuram. Inguina prolapsa, eodem quo duae comites habitu, Deum invisibilem adorat manibus eundem in modum elevatis. Vestibus quoque ab aliarum duarum forma haud dissimilis et simplicitatem quandam praese ferens, imago sumi Dei Jehovah in ventriculae par è conspicua et capillorum undae, sicuti etiam illarum, usque ad zonam defluentes. Ast ubi faciem ejus propius inspexeris, vel sine lentulae ope magnam animadverties diversitatem. Namque sculptor primum eam in profilo, queniadmodum socias ejus, effinxerat, non autem correxit se ipse et ex adverso spectantem delineavit, ita ut nunc duae facies ejusdem capitis conspiciantur. Eodem modo supra primitus Debarjam inter et Elischebam repraesentata est, unde apparet, hanc ejus effformationem pro genuinâ et legitumâ esse habendam. Quum autem talis adspectus figurae regulâ supersedet, qua omnes ubique Aegyptiorum facies profilum ostendere solent, et quum exceptio semper strictissimam exigat interpretationem, oritur quaestio, qua de causa Mirjam praeter consuetam canonem sculptor tractaverit. Cujus phaenomeni originem, ubi ad cognomen ejus Belled (Melled, Velled) perventum fuerit, non facile investigabimus. Nunc ad nomen ejus accedamus oportet, quod per se ipsum maximi est momenti et cardinis, licet posteriora ejus elementa paullulum abolevisse et brevia effecerint. Idem de cognomine dicendum; sed servata vestigia, signum determinativum cantatricis et tympanum ▱ in sinistrâ, quale fuerit, satis docent.

Nominis igitur proprii, quod duabus columnis aulae faciem accuerit forma haec est:  Miñurjuma = Mĩrjām - stella maris. Determinativi quidem signi post mi nur, stellam dico, nonnisi perexigua manent vestigia; nihilominus nominis significatio eadem esse debet. Nam, ut recentiores omittam, qui uno ore nomen Mirjam מִרְיָם „stellam maris" esse autumant, quid inde eliciendum nisi hoc ipsum etymon? Sive a verbo מָרַר mur. lucēre duxis, unde מָר lumen, luminare, forma pielistica sumtum, quasi sit „dans lumen" – sive ad accadicum numerium „mul (mur) stella" provocas, unde fortasse Μύλιττα illa Babyloniorum, nec non Μύζηδα Byblensium, syriace Kaukabtho (כּוֹכָבְתָּא) vocale descendit, certum est, Aegyptiacam scribendi rationem ad pronuntiationem „mĩr" proxime accedere. Conferas sis  = אֵל Deus; huñr = חוֹר hōr nobilis, buñl = Βωλ, et sexcenta alia hujus generis exempla. Quod ultimum citavi, hoc occurrit in Verso pap. Anastasi III, 1, ubi sermo est de laboribus ab Ebraeis in palatio Menophthae praescriptis: , operae multi sunt elaborantes Zamalan exterum Pharaonis - vivat salvus sanusque. Equidem hoc esse amplialivum substantivi צֶלֶם zelem, meta rhelice gemina, ad denotandam colossalem regis figuram, qualis in exteriore muro caedi soleba!. – Ergo de pronuntiatione vocis „miñur" = „mir" minime dubitandum. Similem vocem eamque compositam praebet Athanasius Kircher: CO-NAP Myrrha, a voce COO* „stella" et NAP, quae coptice non exstat, sed apud בָּר est.

Persimile huic composito est ϲϭ-ΛΕΝϢΝ stella telluris, hucusque inexplicatum. Equidem credo, nil esse aliud nisi ⲡⲁⲛⲟⲩⲛ ϲϭ-ⲡⲁⲛⲟⲩⲛ „stella altrix"; nam passiva ejus radicis acceptio dat ⲡⲟⲟⲩⲛⲉ, ⲗⲁⲧⲛⲏ, alumna, virgo. Reliqua exempla ϲϭ-Ν-ⲟⲩⲱⲣ Canicula; ϲϭ-Ν-ⲫⲧⲟⲟⲩⲉ Lucifer, ϲϭ-Ν-ⲡⲟⲩⲉ vesper (ἑσπερος), ϲϭ-Ν-ⲫⲱⲣ Orion dilucidiora sunt, quam ut explicatione egeant. Solum ϲⲟⲣⲡⲟⲧ stella Veneris difficultatem excitat. Potest derivari a radice ⲡⲟⲧ, ⲡⲱⲧ crescere et ad phases hujus planetae alludere, sed etiam ⲟⲩⲣⲧ-ⲛⲟⲥⲁ („vardi" in litteris meis ex Aegypto scriptis) quocum consentit Ϝⲣⲱⲇⲟⲛ, posset afferri, nec non ⲟⲩⲣⲟⲧ alacritas, id quod cum „rosa" videtur cohaerere.

Jam quaeritur de scriptione ⲓⲁⲙ juma - ⲙⲁⲣ mare. Cujus de vi ac sensu nemo Aegyptologorum ne momentum quidem tenus potis haesitet, transeo ad ulteriorem scisscitationem, ubi hoc mare situm fuerit, ab quo Mirjam nomen suum traxit. Fateor, me statim de Nilo cogitasse, utpote qui saepissime juma nuncupetur. Veluti in narratiuncula haud illepida, in pap. d'Orbiney exstanti, quam „deorum fratrum" appellant. Cum Bytes, frater junior, in valle ilicum, deorum misericordia feminam pulcherrimam accepisset, dei Cnuphidis arte creatam, dixit ei: „Care prodeas e tentorio!" Sed illo absente, novitatis curiosa prodiit. Ah heu! quantopere Fluvius pa-juma (ὁ Ποταμός) eam statim adamavit et persecutus est usque ad limen tentorii! Cincinnum saltem ejus arripuit atque ad portum deduxit, ubi lotores pharaonici ob odorem ejus diu inter se altercabantur. Neque solum Fluvius integer, sed canalis ex eo derivatus, hodiedum Fa-jum.

# STA MIRJAM-STELLA MARIS

Arabibus quoque quum Nilus audiat el-bah'r-mare, ob exaestuationem ripas occultantem, mihi quidem ne minima quidem dubitatio surrepit, quin ad Nilum nomen Mirjam sit referendum. Neque audiendi sunt vero, insulam Rhodam cum Nilometro locum esse, in quo scena illa notissima Mosis infantis expositi fiscellaeque a sorore diligenter observatae fuerit. Nam ut caetera taceam, quonam pacto fieri potuit, ut ne fiscella undis fluvii exaestuantibus abriperetur? Stagnantem potius aquam, a Nilo derivatam Jochabedi mater Mirjamque soror debuerunt eligere, ejusmodi regione (ἀγρεί, LXX apud Jesaiam VII, 19 ἐπὶ τὰ χλωρὰ Hieronymus archi viride, additum voci παπύρου — hieroglyphs ἕλος, carectum, papyrion), fiscella sirpea (θάμβ-βώς) Sipus hieroglyphs tebut, θηβι fiscella hieroglyphs Gómor, juncus (qemā) reposita fuit. Sed quid pluribus opus est argumentis, quum nativa Mosis sedes e pap. Anastasi luce clarior appareat? Revera Huïis scriba pag. XV, 6 ita Mosen adfatur: hieroglyphs. Dico tibi qualitatem (terrae alienae) Aïnini (Aean Plinii cf. Brugschii lex. geogr.), nonne scis ejus insitula? (Terra) Nachas (et) Rehuburath, non vidisti eas inde a nativitate tua(?)". Certo, quis affirmaverit, his duabus urbibus seu sedibus, quae signo terrarum alienarum vel peregrinarum munitae sunt, alias quasdam quam Aegypti orientalis plagas denotari? Videamus

quid hodiedum illic in situ reperiatur. Quum locus Nachas vocatus determinativo aquae effluentis: 𓈖 et territorii irrigati designetur, de serpentinis quas vocant cogitandum est, quia vox „nachas" = נָחָשׁ „serpens" eodem vergit et revera urbs Nechesiâ ad occidentale maris rubri litus invenitur, in Ichthyophagorum regione, eodem quo Thebae latitudinis parallelo. Accedit, quod alter locus Rehuburajth, di elementum ra negligitur, quod ad pos „os" pertinet, proxime cum (Tell-el-) Rigabeth convenit, cujus radicem facile ex elymo רָחַב „latum vastum esse" elicere queas, ita ut Rehubu-ro significet „latum ore esse". Atqui revera in frugifera illâ terrae Gosen regione, quam canalis a Nilo deductus irrigabat, hodiedum sunt lacus late patentes, vicum Tell-el-Rigabeh inter et antiquissimum aggerem, quibus nomen est Bir-ras-el-wadi „puteus principalis (capitalis) 𓈖 vallis (Wadi-Tu-mil-āt). Hic ergo Moses natus et in fiscella scirpea expositus fuit, non in canali ipso, sed, ut Septuaginta interpretes innuunt: καὶ ἐθήκεν αὐτὴν (τὴν βίβιν) εἰς τὸ ἕλος παρὰ τὸν ποταμόν - exposuitque eam in arundineto ripae fluminis וַתָּשֶׂם בַּסּוּף עַל שְׂפַת הַיְאֹר, quorum vocum omnium elementa aegyptiace quoque servantur. (𓈖, 𓂋𓏏𓏏, 𓇋𓂋, 𓈖, 𓂋𓏏𓏏).

Jam disquirendum est, an nomen „stella maris" (cf. „mare" Gallorum) apte indatur personae. Provoco ad titulum 𓇼 „stella utriusque terrae", qui a rege Pastorum forino: Salati ejusque successoribus assumptus est, qualis exstat in monumento a vico Tell-Mogdam (cf. Mogreb occidentalis) oriundo: 𓋴𓏏𓇼𓄿𓂋𓏏𓏏𓏏

que terrae, filius Solis: Schalathi, Sutecho, domino Havareos, amatus." Cf. Manetho "meus p. 249, ubi שָׁלִיט Σαλίτης, Josephi sub Apophide rege titulus, utpote Regentis", memoratus est. — Neque solum viri, sed etiam feminae hoc titulo „stella" donari consueverunt. Ne multus fiam, unum exemplum attulisse sufficiet. Quum in Aegypto versarer, omnium in ore erat puella quaedam nobili ex familia „comitissa" et erat et audiebat — quae vulgo stella Albana vocabatur, quia diutius in balneis Albanis versaretur, ob eximiam albedinem pulchritudinemque, fortasse etiam ideo, quo magis homuncio ibidem commorans, „pus virus atque venenum" aequaliter advenis adspergens, ab hac beneficia natura quasi daemon differret. Quum semper oscitanti garrirel ore, inditio illi obveniebat cognomen 𓂋𓏏𓈖 „os vastum", sicuti talomiis montis Troïci, 𓏏𓈖𓂋𓏏𓈖 Ταρ-ρυ-Ἴδα, Tura, λιον.

Jam ad seriora sereniora que transeundum est. In nobissimis est, patres ecclesiasticos nomini Beatae Mariae (Mirjam) Virginis homagia sua et equestri et pedestri sermone oblatisse. Ut ab hoc incipiam, S. Bernardi proemium (homilia II) in medium protulisse satis erit: Nomen Virginis Mariae(m) quod interpretatum maris stella dicitur et Matri virgini valde convenienter aptatur. Ipsa namque est praeclara et eximia stella, super hoc mare magnum et spatiosum necessario sublevata, micans meritis, illustrans exemplis." Idem in tertia parte hymnus S. Casimiri: Salutaris stella maris, Sumis digna laudibus, Quae praecellis cunctis stellis, Atque luminaribus." Similiter in Officio Beatae Mariae Virginis canitur:

Per te, Mater gratiae, Dulcis spes reorum, Fulgens stella maris, Portus naufragorum; Patens coeli janua, Salus infirmorum, Videamus Regem, Aulaï sanctorum". Agmen claudat Antiphone tempore Adventûs cantata:

Alma Redemptoris Mater, quae pervia coeli
Porta manes et Stella maris, succurre cadenti,
Surgere qui curat, populo. Tu, quae genuisti (peperistè),
Naturâ mirante, tuum sanctum genitorem,
Virgo prius ac posterius, Gabrielis ab ore
Sumens illud, Ave", peccatorum miserere!

Qui versus hexametri quum ad Classicorum quos vocant scriptorum cultiorem formam propius accedat, sperari potest, eos vel a profanis cum sapore aliquo gustatum iri. Sed de forma non agitur hic; id unum in citandis sacris hymnis ob oculos sistere volui, unanimiter, sive traditione quadam, sive perspecto idiomatis ebraïci caractere, per antiquam illam Mirjam texeos explanationem ab ecclesiasticis porrigi.

Qui consensus nunc plus sibi ponderis postulaverit, postquam ex genuina nominis  Miñrjam scriptione, quae in stetula nostra exstat, argumentum quod vocant, ad hominem" emicuit. Quodsi quis objecerit, ultima ejus scriptionis signa  haud ita bene in monumentulo distingui, facere non possum quin concedam. Sed ne minimum dubitationi indulgeatur atque tribuatur, causas alterationis vel devastationis investigare necesse est, id quod nova in paragrapho fiet.

# CODRIAQ-BELLEL

Seguitur nomen proprium Mirjam altera ejus denominatio, quae primo adspectu difficillima enucleatu, immo inextricabilis esse cuipiam videatur. At propius inspicienti vestigia quaedam apparent, ad bonum successum huto conducura, si quidem lentulâ microscopicâ paullulum uti volueris. Primum in memoriam revoco, totius faciei expositionem, qualis hic praeter consuetudinem praebetur, strictissimae interpretationis esse, quia haec regulae exceptio a profilis alias occurrentibus quam maxime differt, et a sculptore tanquam correctura postea supplata est. Deinde ad repraesentationes pag. 17 VIII et VII lectorem ablegaverim, ubi musices et saltationis emblemata quaedam ob oculos sistere placuit. Et ab his incipiam, Besas ille Βησᾶς, a tripudiando בוס bus dictus, seriore aevo cum Arione Graecorum amalgamatus est, unde nomen compositum idemque tautologicum Βησ-αρίων var. Βησσαρίων, quod inter alios Cardinali celeberrimo et de Palaeologorum familiâ optime merito obtigit, sicuti in tractatu meo de musicâ veterum Aegyptiorum fusius exposui. Attendas quoque saltatricibus et cantatricibus ibidem depictis (VIII et VII p. 17), quarum una praesertim, elevatis manibus, capillis in formam desinentibus et cum inscriptione verbâ annuntiata dig-

nignissima est, cui attendatur: Repetit precem 𓂝𓄿𓇋, afferˮ ad regem Sethosin I, Sesostridis patrem; quid afferri cupiat, haud ita obscure declarans manibus ad accipiendam remunerationem obtentis. Est antiquissimum ejus generis exemplum, quod hodiedum in Aegypto vialorem clamore „baeschisch!ˮ persequitur, quam vocem a radice בקש poscere, reduplicata tertia radicali, descendere credo, nempe cui „flagitandiˮ sensus insit. Haec igitur cantatrix capillos eodem modo dispositos ostendit, quo Aramaei Serapenses, de quibus in „Inscripptt. Aegyptio-aramaeisˮ fusius egi, Asiaticam ejus capillationis originem (Xerxis anō IV mense Mechir – anō III satrapiae fratris ejus Hachaman (Ἀχαιμένης) fuisse probans.
Quod ad titulum hujus puellae cantatricis, audit 𓄡𓏏𓂋 ment melet, ορελλε, σπηλλε „modulatio, chorda musicaˮ. Sed oculus determinans ad radicem Βαλ, Βαρα (-λιων) Βελ oculus nos allegat, atque reverā interdum variante scriptione 𓁹𓂋 bal, bar, bel „oculusˮ occurrit. Quin etiam Βελλε, Βελλη, Βᾶλλε „caecusˮ ab eadem radice deducitur, quamquam primo adspectu haec significatio contrarium quid denotare videtur. Sed moneo, vocem „caecusˮ proprie unius „eaˮ oculi „ecus = ocus Auge, oculus" hominem indigitare et nonnunquam, ut in nostratium „Slime – slum", „schlicht – schlecht, Fenster – finster", oppositum sensum derivatis indi. Accedit, quod cantores et harpenistae apud Aegyptios plerumque caeci repraesentari videntur, ita ut „musicusˮ an-

liquior ejus vocis notio fuisse statuenda sit. — Quod additur  asu, hic non ad acta „chorus" referendum est, sed ad plagam australem; namque antithesis exstat in vel  „cantatrix septentrionis", cui ipsi titulus mu!el, bellet inditur (cf. pag. 17 VII-a)

Videamus nunc, quid ex titulo virginis Mirjam in stelula nostra devastationi superstes vit. Pictogramma ostendit inibi ale signum et finale determinativum , ita ut restitutio pro certa sit habenda. Quid autem aptius de virgine Mirjam potuit praedicari, quam eam vatem, vaticinatricem, cantatricem fuisse? Audiamus e textu sacro Exod. XV 20 sqq.: „Sumpsit ergo Maria(m) prophetissa, soror Aharonis, tympanum in manū suā, egressaeque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis et choris. Quibus praecinebat dicens: Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est, equum et ascensorem ejus dejecit in mare!". Jam tympanum illud, quod in monumento nostro Mirjam manu sinistrā tenet, dum dextra pulsatura esse videtur, satis superque illustrat locum modo citatum, ita ut nobis quoque triumphalem cantum intonare liceat. Vox תֹּף thoph, τύμπανον (τύπτω) ab antiqua radice ⲧⲁⲃ tab, ⲧⲁⲃⲧⲁⲃ tabtab, in copt. ⲦⲂ, ⲦⲈⲂⲈ quadrans, as, minutum, ὀβολός (quasi „protusum") ⲦⲞⲂ signare, ⲦⲰⲂⲈ later (impresso stipe regii nomine) ⲦⲞⲠ-ϥ signum, ⲦⲀⲀⲠ-ⲥ desiderium pungens etc. servatur. Similiter hodiedum Almearum chorus tympanum simplex „darabucan" manuinet, a voce ⲧⲁⲃ, quae in nonnullis est.

Neque tympano contentus artifex monumentuli nostri harpam quoque adjunxit, duabus protomis conspicuam. Ana protome deae Hathoris est, quae utpote musices fautrix, harpis plerumque ad pedem ornatus causa additur. Vocatur harpa nomine Aegyptio  = bent BOINH, ogwini cithara (nablium est nefel, et σινηρα = כִּנּוֹר aeg. scriptum  Kenuanaur") et respondet instrumento apud Josephum et Jamblichum de myst. sic descripto: ἐν Αἰγύπτῳ τὸ βουί (τε-βουί cum articulo praefixo) ὄργανόν τι τρίγωνον ἐναρμόνιον, ᾧ χρῶνται οἱ ἐμπρόσθιαι. — Sed praeter Hathoris caput alterum harpae postea a manu serioris superpositum est sic , quale revera saepissime in harpis conspicitur et ane in principio hujus paragraphi repetitum ostenditur. Haec additicia figura, licet per se genuina, pars legendae (Mirj)am obscurata et vix legibilis reddita est. — Habeatne Mirjam capitis insigne, haud ita facile potest asseverari; sed nullus dubito, quin vestigia servata florum hunc in modum dispositorum sertum seu fasciculum (rosarum?) indicent. Nam in effigie columnae mediae partis superioris caput τῆς Mirjam simili serto seu fasciculo florum apparet ornatum, et uti ejus protome ibidem omnes alias superat et summum fastigium obtinet, sic hujus personae venerandae enucleatio hoc meum quoque opus quasi coronare dicetur. — Neque solum variis sacrae, sed etiam virginitatis gloriâ Mirjam „stella maris" dilata fuisse videtur.

Extat enim, ut apud Aprium (Per Posen ad Sinaïn p. 395 sq. 485) fusius narratur, excelsus mons et pulcherrimus adspectu, cui nomen est apud Arabas Gebel-el-Bint ... mons virginis. "In ejus apice nunc quoque manent muri pervetusti, quos ad Capellam Beatae Mariae Virginis Aprius pertinere autumat. „Quoad situm se habet Gebel-el-Bint ad giganteum Gebel Serbal (mea quidem sententia eundem cum monte Dei Choreb), quemadmodum Gebel Katherīn ad Gebel Mūsa' ... ". Aliter vocatur Gebel-el-benāt, unde narratiuncula haud illepida orta est, quae a Burckhardtio traditur: „Duas fuisse puellas sive virgines Bedavinas, quae, ut effugerent matrimonium cum viris displicentibus, in montes se recepissent, unde, crinibus suis invicem colligatis, ex suma rupe in profundum se conjecissent. Perspicuum est, hoc illimum pertinere ad seriora tempora, quibus virgo ab amasio petita hanc sibi mortem conscivisse ubivis narratur. Veluti in Palatinatu, apud vicum Dahn (Tahuni?) apex supereminens et proclivis nomen gerit „Jungfernsprung", „saltus Virginis" atque venator quidam anonymus ibi partes agit persecutoris. Sed hac additicia narratiuncula omissa restat nucleus rei in eo consistens, quod „virgines" id fecisse dicuntur. Equidem non ad capellam Beatae Mariae Virginis Novi Testamenti, sed ad Mirjam nostram Veteris T. pertinere hanc fabulam credideram. Nam quid aptius erat, quam ut Mirjam ἐξοχὴν ἡ ἀδελφὴ ex adverso monti Choreb sisteretur eique sacellum in perpetuam memoriam dedicaretur?

Jam accedit, quod ad pedes montis el-Bint aliud quoddam aedificium ruinae indicant, et ipsae summam antiquitatem testantes. Saltem Ali, qui Aprio a conductu erat (cf. not. ll. 441), tale quid affirmabat; Aprius ipse non animadverisse se ait.

Jam, si hanc traditionem omni qua decet observantiā dignamur, id menti nostrae inhaerebit, ut revera illic monumentum duplex Tȳs Mirjam exstare credamus. Quod ad nomen Bint, id ipsum hieroglyphice scribitur  Benut (Anta sive Anatha, nomen filiae Sesostridis primigeniae) var.  Bath-Anath" ita ut duplex forma, et status absoluti בְּנֻת = בַּת et constructi reperiatur (quae aegyptiace semper in unam confluxit, ita ut nunquam בְּנֻת benet inveniatur). Veluti nomen filiae regis ad Tigridem regioni  Buchtan (cf. hodiedum „Tsaï-Buchlan" et a Mollkejo nostro „Buthlan" vocatam) imperantis audit  Bendh-reš", quasi esset „filia laetitiae"; sed revera audisse eam  Bendh-rôsch בְּנֻת־רֹאשׁ „filia capitis" (cf. Minerva „et Benjamin" „filius dextrae") in tractatu academico demonstravi, Sesostridi II Ramessi XII eam legitimo matrimonio conjunctam fuisse ostendens. — Aliud res se habet, de pluralem formam el-benāt (בְּנוֹת) cogito interdum de nomine instrumenti  „benat-harpā", vel de plurali vocis בִּינָה, „mens, intellectus". Nam re vera Mirjam Mosi a consiliis non unquam fuisse, e textu sacro haud ita artificiose concludetur, utpote quae, tanquam illius familiae prophetissa, vel auctoritati Mosis obstiterit, quum de praeferentiā „Aethiopissae" ageretur.

Neque tamen ejus contra fratrem cum fratre Aharone murmuratio murmuratioque impune facta est, quum eō id ipsum Mirjam leprā correpta et per septimanam a caeteris seclusa fuisse Exod.-Num. XII 1sqq. disserte dicatur: Locutaque est Mirjam (Maria) et Aharon contra Mosen propter uxorem ejus Aethiopissam (ἕνεκεν τῆς γυναικὸς τῆς Αἰθιοπίσσης – quod addunt LXX: ἦν ἔλαβε Μωϋσῆς, ὅτι γυναῖκα Αἰθιόπισσαν ἔλαβε nil nisi glossema Septuaginta interpretum pro nihilo faciendum) et dixerunt: „Num per solum Mosen locutus est Dominus? nonne et nobis similiter est locutus? Quod quum audivisset dominus (erat enim Moses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra) statim locutus est ad eum et ad Aharonem et Mirjam: „Egredimini vos tantum tres ad tabernaculum foederis!" Quumque fuissent egressi, descendit Dominus in columnā nubis et stetit in introïtu tabernaculi, vocans Aharonem et Mirjam. Qui quum îssent, dixit ad eos: „Audite sermones meos: si quis fuerit inter vos propheta (נְבִיאֲכֶם „si vos prophezatis?) Domini, in visione (ecstasi? בַּמַּרְאָה) apparebo ei, vel per somnium loquar ad eum. At non talis servus meus Moses etc". Iratusque contra eos, abiit. Nubes quoque recessit, quae erat super tabernaculum, et ecce! Mirjam apparuit candens leprā quasi nix". Observandum, locutionem Domini: si prophezia vestra Dominica est", aperte ad titulum τῆς Mirjam respicere et fore quae Exod. XV 20 disserte מִרְיָם הַנְּבִיאָה „Mirjam ἡ prophetissa" vocetur. Quomodo Mosis intercessu leprā sit liberata, huc nihil pertinet.

Supra dixi, Mirjam prophetissam virginitatis quoque gloriâ ditatam fuisse. Cui assertioni adversari videtur Josephus ille Flavius, quum in Antiqq. III 10 tradat haecce: ἐμπλήσαντος τοῦ Θεοῦ τὸν Βεσελεὴλ τὸν τοῦ Οὐρῆ τὸν τοῦ Ὡρ ἐκ φυλῆς Ἰούδα πνεῦμα θεῖον σοφίας καὶ συνέσεως καὶ ἐπιστήμης ἀρχιτεκτονεῖν πάντων, ποιεῖν τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον καὶ τὸν χαλκὸν καὶ λιθουργεῖν τὸν λίθον καὶ πᾶν ξύλον σὺν τῷ Ἐλιὰβ τῷ τοῦ Ἀχισαμὲχ ἐκ φυλῆς Δάν. Τοῦτον τὸν Βεσελεὴλ υἱὸν εἶναι Μαρίας τῆς ἀδελφῆς Μωϋσέως διαβεβαιοῦται καὶ τοῦ Ὡρ, ὃς σὺν τῷ Ἀαρὼν ἀνεῖλε τὰς χεῖρας Μωϋσέως κατὰ τοῦ Ἀμαλήκ. Syncellus de suo adjungit: καὶ πινακὸς ὁ λόγος. Ἄλλοι τὸν Ὠρὴλ οὐδὲν εἶναι ἄνδρα Μαρίας, οὐκ ἔχοντες δεῖξαι πόθεν. Sane, dicuti Ozielis, ita etiam Hori ratio non est habenda, ubi de viro Mirjam quaestio exoritur. Nam quid de Oziele statuendum sit, isti ipsi flocci putant habendum esse. Quod ad Horum attinet, cujus supra ad calcem Aharonis Levitae mentionem injeci, verisimilior est Josephi Flavii narratio, modo no filius, sed pater ipse, siquidem Horo filius erat, cum Maria prophetissâ arctius jungatur. Nam quum artifex animae idololis ille [illegible] Serapei fuerit, familiaritas quaedam ei cum prophetissa et harpicine Mariâ intercesserit oportet, qualis in Novo Testamento fuit Josephi cum Maria virgine matrimoniale vinculum, non commercium. Quod revera obtinuisse, credat (per metices) Judaeus Apella" vel „Asinus Josephi"! Neque τῆς Mirjam, neque duarum comitum Deborjah et Elischeba Zebat, nostro in monumentulo infantes vel liberi adjacentur.

# ELISHEBA-ELIZEBAT

Nomina virginis Mirjam προσκυνεῖ τὸν ὕψιστον καὶ λόγιον θεόν femina, quam insolentissimam quinque dramatis personarum appellare licuit. Pater enim et pater familias: Moses - Osarsyphius, ob homicidium ab eo patratum expiatione lustrandus erat. Frater ejus, Aharon Levites, quamvis coram Deo invisibili hetc loci officiatus, tamen in peninsula vitulo aureo litaturus, a Deo Mosesque idolatriae ergo correptus fuit. Quod ad Zipporam - Debarjam, Mosis conjugem, ignoramus quidem, quanam re Aharonis et Mirjam mussitationem moverit - forsasse mortua demum, ob splendidiorem vel excelsiorem sepulturam - sed e foraeferentia, qua in monumentulo nostro conspicua est, fastus quidam et altior spiritus quasi enitet. Mirjam ipsa, quantumlibet tanquam dei Optimi Maximi Vultus et virginitatis gloria praecellens, tamen ob murmurationem contra Mosen leprae maculam poenae loco sibi conscivit, quae Mosis intercessione post septimanariam seclusionem demta est. Quaeritur nunc, num mortem ejus, in sitatione שֵׁבַע secutam (quae vox „sanctam" denotat) Elischeba - Elizebat, Aharonis uxor viderit, an ipsa soror mortem obierit.

Stetula nostra postremam exhibet feminam in genua prolapsam
ut par antecedentium, absconditam paene ac modestissimam, qualis in
floribus viola manifestationis impatiens sibi soli suavissimum odorem
exhalare videtur. Neque pro comperto habuerim, quem tenet flosculum
dextrâ oculisque admovet, cum non revera e violarum genere esse.
Sinistra ejus non in modum caeterarum feminarum supplicantis
habitu elevata, sed demissa quasi sedaturae ritu. Quid in capite ge-
rit, neque corona ut catechumenes quali Debarjah est ornata, neque
fasciculus rosarum, qualis in capite rijs Mirjam conspicitur, sed
simplicissimus violarum decor, capillos bene ordinatos neque vero sum-
tuose comptos tegens. Quem etiam in superiore parte, columnâ mediâ,
deprehendere poteris, simulatque tantulam amplitudinem admoveris.
Hic quoque frontem ejus post protomas fratricum obvia est, neque
abhorret ab hac loci modestia, quod in stetula Vaticani, quam ob ocu-
los sistere non posse aegerrime fero, nomine suo proprio omisso, so-
lius conjugis Aharonis Levitae mentionem fieri passa est, quasi de
indignam habuerit, cujus persona ac nomen juxta „Par nobile fratrum"
sisteretur. Atqui fuit Elischeba — Elizebat mulier haud contemnenda
vel silentio praetereunda. Nam ut parentes ejus hic omittam, nonne ejus
et utero prodiit Eleazar, Aharonis Levitae in sacerdotio successor? Nonne
nepos ejus: Phinehas, Eleazaris filius, vir maxime strenuus castitatis?
Jam, num reverâ hêc tam praeclara mater et avia praedicatur, videamus.

Hieroglyphica signa quae ad feminam modo descriptam pertinent, quoad priorem partem bene sunt servata, neque temporis momentum dubitari possit, quin duae primae columnae ferant: id est: „Elisheba"/ qua in transcriptione autor litteris sh-  dum sch- est/ quod nomen propriam litterâ tenus convenit cum eo cujus Exod. VI.23 fit mentio: „Accepit autem Aharon uxorem Elisheban אֱלִישֶׁבַע filiam Aminadabis, sororem Nahassonis, quae peperit ei Nadabin, Abium, Eleazarem et Ithamarem". Consensus textûs hieroglyphici cum hebraïco tantus est, ut vel vocalis a, nõ Ain subscripta in aquila quae secundae columnae initium est, aequivalentem invenerit!

Sed quid huic nomini proprio quoad significationem faciendum? Quod si analogia cum nomine Eliezer, filii Mosis proprio, admittitur, nil aliud sibi velle videtur Eliezer nisi „Deus (meus) adjutor(-ium)" – habebimus haud dubie in nomine Eli-sheba notionem: „Deus meus juratio". Nam de numero septenario שֶׁבַע quominus cogitemus, impedit natura initii seca hujus vocabuli, ut nõnisi in statu constructo, altera voce sequente, usurpetur, quamquam aliunde satis constat, hunc numerum „septem" apud Ebraeos in formulam jurandi antiquitus abiisse. –

Plerumque adhibitur sacra scriptura voce חַי, praesertim conjuncta cum nomine Dei יְהוָה: חַי, sic vivit Deus (ut verum est, quod dicturus sum)" nostrales: „so wahr Gott lebt", proprie „per vitam Dei". Aegyptii quoque similiter  anch ana jusjurandum, quod symbolum in Philiali conspicis.

Sicuti igitur duo hi populi per vitam Dei vel Pharaonis juravi solebant, sic intima vocis „jusjurandum, juramentum, sacramentum" cum nomine Dei commercio non habet quod offendat, estque Eli-sheba „Deus meus juramentum (est sit?) genuina existimanda. — Meae, inquies, Septuaginta interpretes, quos Vulgata sequitur, nomen uxoris Levitae Aharonis non Elisebam scribunt, sed „Ἐλισαβέθ = Elisabeth", quae forma cum ebraicâ in priore tantum parte convenit?

Causam hujus phaenomeni, quod inextricabile pridem videbatur esse, nunc primum revelatura est scriptio stelulae nostrae, unde luce clarius apparebit, Septuaginta interpretes praeter exemplaria ebraica alios quoque fontes habuisse, unde sanas notitias hauirent. Quid enim leginus in tertiâ columnâ, quae et ipsa ad Elisebam pertineat oportet, quum nulla jam persona eam sequatur? Dolendum est, textum hujus columnae, quae ad marginem monumenti vergit, temporis injuriâ adeo evanuisse, ut prorsus nihil inde elici posse videatur. Tamen, ubi photogramma, lentulae ope usus, attentius inspexeris, animadvertes vestigia quorundam signorum ad hieroglypha pertinentium, quae ad bonum eventum nos conductura esse jam visurus es. Est enim signum, quod primum occurrit, duplex, ex duobus hieroglyphis ligaturâ quadam adhibitâ constans: Quae proxime sequebantur, paene delata sunt; sed signum huic duplici hieroglypho subscriptum, aperte est digitus , qui vorem 

determinativi loco comitari plerumque consuevit. Quin haec vox zeba·t eadem sit cum copticâ ϑHB, ϯHB, ϯEB „digitus", unde etiam ϯBA „myrias", nemo in dubium revocare ausit. Neque minus inter omnes constat, ϯOB signare, ϯAOB signari, ϯEB-C sigillum, cum multis variantibus ad eandem radicem pertinere, sicuti apud Graecos δακτύλιος et δάκτυλος intime cohaerent. Denique quis iverit infitias, ebraïcam vocem אֶצְבַּע „digitus", litterâ א-ֶ tenus, quae apud Aegyptios quoque prothetica est, eandem esse cum  gener. femin.x? Annulum quoque signatorium saepius addi, docet exemplorum multitudo, veluti in Collect. Bruxii II tab. LXXXIV, ita legitur:  „(In parte australi-occidentali urbis) Teb·t (Τεβυ ατβω, hodie Edfu), namque cupiebat deus (Sol-Tum) facere sigillationem consiliorum τῶν θεῶν". (Nota lusum verborum „teb·). Ex his sequitur, nomen Dei El et cum sheba „juramentum", et cum zeba·t „sigillum" aeque convenienter potuisse conjungi, ita ut nolio inde exsurgens haud ita multum differret, sive „Eli-sheba" „Deus meus est juramentum", sive „Eli-zeba·t" „Deus meus est sigillatio" (confirmatio) formaretur. Ergo genuina hujus nominis forma apud Ebraeos אֱלִיצָבַת Eli-zeba·th fuerit oportet, quum Septuaginta interpretes tam fideliter Ἐλισάβετ transscripserint, nisi forte, id quod haud absque bona ratione esset, ex fonte aegyptio eos hanc nominis formam hausisse statueris. Sed jam ad alia transeundum est.

x Cf. vox עֶבְעָה annulus signatorius.

Quae sequuntur in stelulâ nostra nomen duplex Elisheba-Elizebâl, ad internecionem quidem paene sunt redacta. Nihilominus accuratius inspicienti signum ♀ cum particulâ mm r Genitivum denotanti satis perspicuum est, quumque in ultimâ columnâ titulus cum nomine proprio Levi occurrat, caetera quoque possunt suppleri: „mulier (uxor) τοῦ λειτουργοῦ Levi - Pasoï, id est Aharonis". Animadvertas, hic quoque, uti supra, legendae cam partem, quae ad cognomen Pa-soï ὁ διάδοχος (ὁ νόθιος) refertur, pone dorsum personae in genua prolapsae, significanter et de industriâ decurrentem.

Quodsi quaestio injiciatur, cur Aharonis uxor tam amplo protocollo donetur, licet ultimum obtinuerit locum, responsio in promtu est: necesse erat, ut hoc modo designaretur, quia duabus feminis intermediis, tertia demum post maritum ponatur. Namque trium feminarum chorum ducit Debarjah, Mosis conjux, et idcirco legenda ♀, domina domûs" ter insignita, ita ut Aharon, Mirjam et Elisheba-Elizebâl quasi ad regimen illius pertinere videantur. Haud ita absonum est praesumere, hanc Debarjae praeferentiam Aviuae et murmurationem Aharonis et τῆς Mirjam bona ex parte contraxisse, uti jam supra suspicatus eram. Fuerintne Elisheba-Elizebat inter querulantes, nescimus; sed minime probabile est, eam cum duobus aliis trifolium repraesentasse, sive quod inter vivos non jam moraretur, sive ob morum mansuetudinem. Videamus jam, quid huc facere videatur.

In peninsulâ Sinaï, non procul a vertice cui nomen Gebel Mûsa' (cypressi quaedam hodiedum exstant), duplex est capella, viatoris a sinistrâ sita, simplicissimae structurae, quam prophetarum Eliae (Eliahu) et Elisaei ferunt esse. Sane, de Eliae in monte sacro Domini praesentiâ non dubitandum est, quum tradatur IIII Regg. 8/9: Qui (Eliahus) quum surrexisset, comedit et bibit et ambulavit in fortitudine cibi illius (per Angelum allati) quadraginta diebus et quadraginta noctibus, usque ad montem Dei Choreb. Quumque venisset illuc, pernoctavit in spelunca. Et succ.ta

Ex his verbis recte deducitur, Eliahum in montem Choreb confugisse; sed utrum spelunca traditionalis apud cupressos, an alius quis locus deserti mansio ejus fuerit, haud ita compertum habemus. Vel posito, monachos in tradenda hac legenda non a veritate multum aberrasse – quamquam Sanctae Marinae sacellum me de Mosis titulo [hieroglyphs] Marina commonefacit – quid antrum ibi excavatum vel natura subsistens quoad Elisaeum probat? Qui successor quidem ab Eliahu suffectus eumque quoquoversus comitatus est, donec in coelos veheretur, neque vero unquam peninsulae Sinaï appropinquavit, nam Eliahus eum post fugam et exsilium demum consecravit. Sicuti in proverbio est, fumum non esse sine foco ardenti, ita haec quoque in traditione de Elisaei sive peregrinatione sive conversatione, quae probari nullo pacto potest, aliquid veri subesse potest.

Meminerimus, Elisaei nomen scribi אֱלִישָׁע Elischa', eodem fere modo quo vocabulum Elisheba antea satis explanatum. Quum Eliahus, ejus praecessor, in monte Dei commoratus esse traderetur, successorem quoque Elischaeum eodem profectum esse opinati sunt anachoretae atque eo facilius et lubentius nomini Elischebae illic obvio prophetae Elischaei denominationem substituerunt. Quod non invitâ vicinitate contendere ausim. Scilicet Mosis mons (Jebel Mûsa', qui ili sub nomine Sâlih = Sancti colitur) idem est, in cujus ascensu duplici illi capella offenditur, et medium tenet Stae Catharinae claustrum inter et Jebel Katherîn, quibus nominibus Debarjam, Mosis uxorem, ob eidavin catechumenicam designari supra vidimus. Atqui hic apex: Jebel Katherîn vocatus, longe altissimus est omnium totius peninsulae et Jebel Mûsa' id est montem Mosis mille ducentis pedibus superat. Quodsi igitur Debarjah hac in sumitate, Elisheba autem in depressa illa prope cupressos spelunca posita esse erat, quod Aharoni et Mirjam contra Mosen ob praeferentiam Aethiopissae murmuravere.
Hoc modo simul explicatur, cur in sequentibus Exodi stationibus de sepultura vel morte neutrius feminae sit sermo. Neque Aharonis legenda deest. Mitto quidem Arabem Edrisium, qui thermas „Faran-Aharun" vocat. Sed ea traditio, quae „collem Aharonis" cum vitulo aureo in valle „Wadi Schuêib (Jethronis)" collocat, majoris est momenti, quia lo-

cus ille propinquus est capellae apud cupressos sitae, quasi dicat traditio, Aharoni quoque, ob scelus idolatriae, poenam esse inditam atque illatam, nempe ut Elishebam eodem loco et tempore amitteret. Sed tempus est, ab excursu in regiones parum cognitas suscepto ad solidam basin, Aegyptum dico, redire pedum maris: redeundi!). Aharonem Leviten cum Mose et Miryjam ad canalem Nili in valle Tumilāt prope lacūs quibus hodie nomen est „Bîr Rās-el-wadi" in lucem editum fuisse, ex antecedenti paragrapho facile colligas. Quaeritur nunc, num Elischeba uxor eadem e regione oriunda, an e longinqua domum ejus deducta fuerit. Prior suppositio placet. Namque nomina familiae patriae eodem spectant, praesertim quum de alienā ejus origine nil tradat sacra scriptura. Ut nomen patris: Ami-nadab „populus meus augetur", fratrum natu majorum Nadab „augmentum", Abihu „pater meus is(est)", minorum Eleazar „Deus adjutor", Ithamar „insula palmae" silentio praeteream, praecipue in eo versatur cardo, quod Elisheba-Elizebat nominatur „soror Nachaschon". Nam nomen hoc disserte alludit ad vicum Nachas = serpentina (aqua), quem Moses natum fuisse pap. Anastasi I expresse tradit. Est autem „Nachas(chôn)" nil nisi ampliativum, quemadmodum Aharon. Filii Eleazaris, qui patri in sacerdotio successurus erat, denominatio prope adstringit filii Mosis: Eliezer vocabulum, ita ut ex hoc quoque symptomate arcta quaedam cognatio eluceat. Maxime vero nepotis Phi-nehas.

# Phinehas Aharonis Nepos.

Postquam Nadab et Abihu filii natu majores igne coelesti devorati, et in eorum locum minores Eleazar et Ithamar suffecti sunt (Exod. cX) quae plaga post obitum uxoris Elischebae-Elizebah alterae in Aharonis caput effusa est, mox ipse, quamvis virga ejus vireseceret, in monte Hor diem obiit supremum, Eleazare filio sacerdotii insignibus rite investito. Jamque prodit in scenam Eleazaris filius, Aharonis nepos: Phinehas. Legimus enim Num. XXV, 6-13: „Et ecce! unus de filiis Israëlis intravit coram fratribus suis ad scortum Madianitidem, vidente Mose et omni turbâ filiorum Israëlis, qui flebant ante fores tabernaculi. Quod quum vidisset Phinehas filius Eleazaris filii Aharonis sacerdotis, surrexit de medio multitudinis et arrepto pugione ingressus est post virum Israëliten in lupanar et perfodit ambos simul... Cessavitque plaga (pestis) a filiis Israëlis et occisi sunt viginti quatuor hominum millia. Dixitque Dominus ad Mosen: Phinehas filius Eleazaris filii Aharonis sacerdotis avertit iram meam a filiis Israëlis, quia zelo meo commotus est contra eos, ut non ipse delerem filios Israëlis in zelo meo. Idcirco loquere ad eum: Ecce! do ei pacem foederis mei, et erit tam ipsi quam semini ejus pactum sacerdotii sempiternum, quia zelatus est pro deo suo et expiavit scelus filiorum Israëlis." Talis vir rei strenuae agendae aptissimus erat.

Revera Num. XXXI 6/7, ubi de furiensis Midianitis agitur, duodecim millia expeditorum ad pugnam mittuntur duce Phinehasi, qui quum Madianitas devicissent omnes occiderunt. Sed nomina regum Evi, Regem, Zur et Chur Rebâque, quod quinquefolium gladii acie trucidatum est, reliquam admonent regis Jethronis-Raguelis, neque filii ejus Hobabi, qui Mosis invitationi ut secum proficisceretur, adversatus erat. Utrum hoc dissidium, an Ginaeo (cf. Num. X 29-32; XXIV 21,22) a Balaamo praedicta pernicies hujus austeri consilii causa fuerit, incertum. Namque קֵינִי non est verum nomen, sed a קֵן „nidus", vocali i derivativa formatum. Quare textus habet: „Vidit quoque Ginaeum et assumpta parabola ait: Robustum quidem est habitaculum tuum; sed si in petrâ posueris nidum tuum et fueris electus de stirpe Jain / melius forte: et fueris in domicilium nidi) quamdiu? (poteris permanere?): Aschur te capiet". Ex his colligi potest, hoc loco, si quidem de Madianitis sermo est, ut interpretes quidam volunt, regionem Midian usque ad Petram porrectam et prolatam esse, arcem illam naturâ munitissimam Aelaniten inter et Asphaltiten. Utut res se habet, Phinehas quasi executor divini cujusdam praecepti exstitit eique a Domino benedictum est.

Nunc ad scriptionem nominis pergendum est: פִּינְחָס Phinehas, quod vere Aegyptium esse jamdudum probavi. Hoc loci tria exempla attulisse sufficiet. Libellinus hac hierogl. nom. N° 885 distincte scripsit:  „regius scriba, addictus thesauro: Panehasi"

Nota catalogi est: „Scribe of the royal treasury under the King Ramses II." Nº 888:  Kazena J'Y[illegible] Panehas", sub eodem rege Ramesse II stro 907:  „Praefectus urbis et orbis Panehasi", sub Exodi Pharaone Menoptah (exstat apud Lepsium: Mon. III 200) Cf. Nºs 677, 748, 797, 877, 969, 972, 973, quae exempla documento sunt, et „Phanehasi" et „Phinehas" scriptionem Exodi temporibus valuisse.

Quid sibi velit hoc nomen, haud ita difficile est recognitu. Namque gentis Nigritiae constans est scriptis Nehasi-u, ita ut praefixo articulo Pha-vel Phi  jam eva dat illud nomen „Phinehas" et verbo tenus significet: „ὁ Μέλας, ὁ Αἰθίοψ, Aethiops". Quod ad „Aethiopissam", cognomen Zipporae, proxime accedere, nemo non videt. Fortasse ambo, et Moris uxor, et Aharonis nepos ob fuscum colorem tanquam „Aethiopes" designati sunt. Ne in regio quidem catalogo papyri Taurinensis deest hujus denominationis exemplum, quum primus rex col. VIII frag. 97 vocatur  „Ra-Nehasi" = „Sol Nigritius", quod nomen fortasse ob Solis obscurationem, tempore quo Koïtes hic thronum ascendit, factam, refertur.

Ex his consequitur, me recte judicasse, quum abhinc decem annos in libro meo: „Moses Ebraeus" p. 70 lectionem Pagensi (pro Panehasi) rejicerem Exodi tempore nomen „Phinehas" in usitatioribus fuisse et viguisse contenderem. Ast haud ita visum est criticis „Schedae centralis litterariae", quae Lipsiae sub auspiciis Zarnckeji prodiit anno 1869 Nº 1. Simius hic – sive pithecanthropon sive anthropopithecon secundum Darwinistarum doctrinam vocaveris –

thesin meam de aequatione Mesu=Moses non admittit neque de nomine Phinehas aegyptio quidquam audire vult, quum signum exclamationis ! adjungat. Stultissimus iste criticus idemque ἀναύγειος adeo rudis est litteraturae, ut ne copticam quidem calleat linguam. Scilicet in lexico coptico servatur vocabulum compositum NEϥC-N-HI „verna“ =  Nehasi-n-ei „Niger domesticus“ (sive „ad domum pertinens“). Quamvis ejus litteraturae generis prorsus rudissimus, tamen mihi opprobrio vertit, quod textum „Vulgatae“ citassem ! Numquid talis hominis dignus fuit, qui refelleretur ? Sane, nisi ad Zarnckejum refutationem meam ; sed is (quae est ejus justitia) prenisit, criticum esse virum summae doctrinae affirmans ! Egone Lipsiensibus asinis germanicae litteraturae palladium contreditum est ?

## Lepsii refutatio Berolinensis.

Post Lipsienses Lepsius Berolinensis in certamen singulare provocatur, non ob merita ejus de re aegyptologica, praecipue ob monumenta diligenter collecta, sed propter nomen „Elisabeth“ reginae, quod duabus vicibus inscriptioni ab ipso fictae inserit. In famosissima ista tabula, ad celebrandos natales Friderici Wilhelmi, Borussiae regis, ejusdemque Maecenatis, compositâ, et super introitum pyramidis maximae, Cheopis dico, insertâ, col. VI legitur :  „Elisabeth“ linguam reginae nomen. Ut ipse Latino-Rhenanus reginaeque augustissimae compatriota, contra hanc scribendi nominis proprii rationem protestor.

Nam, licet prior ejus legendae pars ferri possit, tamen posterior sensu prorsus caret. Neque sibi ipse constat „Lapsius scriba". Scilicet in Museo Berolinensi reginae Elisabeth nomen variantibus non tolerandis scribitur sic: „Alisabadh", quâ in forma, si modo ebraicum vocabuli initium: Elischeba comparationis gratia spectatum esset! Vere putes, Ime Lepsii elucubrationem aegyptologicam judicari quoad scalam brutinamque, quae nunc mihi patet, postquam genuina ejus nominis scriptio in monumento contemporaneo reperta est, id unum urgeo, Lepsii „scribae" fuisse, ut in delineanda augustissimae reginae legenda sibi ipse consentiret.

Accedit, quod in inscriptione Cheopis pyramidi impietate quadam insertâ - scilicet signum duplicis aquilae, orbem terrarum cum cruce tenentis, hieroglyphicum non est, sed ad insigne borussicum pertinet - datum adjunctum est „MMMCLXIV - 3164 post (pro ) apparitionem (lege ) Sothidis sub majestate regis Aegypti superioris et inferioris: Ba-n-ra Meri-Amun", i. e. sub Exodi Pharaone Menoptah. Ut hic omittam, quae in sequenti parte „chronologicâ" fusius tractanda sunt, merito miretur quispiam, auctorem hypothesi suae male vel debiliter tantum fundatae ausum esse nomina Maecenatum augustissimorum immiscere, ita ut pro tot tantisque beneficiis macula correcturae iis adspergatur! Quare qui quam primum istum lapidem e Cheopis pyramide demiserit, Lepsii famae optime consulucrit.

# Recapitulatio et Conclusio.

Quae in antecedentibus de stelulâ Serapei a me hucusque in medium prolata sunt, vel severissimo, nedum aequo, judici sufficient, unde sententiam ferat. Neque enim casui tribuet, tot tantique momenti personas et denominationes, eodem in monumento obvias, cum iisdem in Sacra Historia traditis verbis tenus congruere. Accedit, quod stelula in Vaticano servata, nominum quidem tantum Lyadem, sed personarum triadem praebet, quum Elisheba-Elizebat, quae fuit modestia, se titulo „domina domus rov Levi" designari sivit. Huc adde papp. Anastasi I et Lugdun. I 350, in quibus de Mose ejusque secretario Hui fusior est sermo, nec non figurinas illas, pagg. 17 et 80 indicatas, quae commercii Mosis cum regis filio Chamoas rationem reddunt - et habebis materiem satis amplam de primariis Exodi personis. In parte chronologica, quae jam secutura est, novum documentum in lucem protraham, pap. Anastasi III/Verso, ex quo Mosis Aharonisque accurata descriptio apparebit, cum protomis eorum in supremâ stelulae nostrae columnâ mirabiliter consentiens.

Sane, multo prolixior pro rata institui dissertatio; sed quoniam ad alia festinandum est, paucis tantum hic delibasse quaedam sufficiat. Veluti apud Arabes peninsulae Sinaï, quibus nomen est „Gebalîje", id est „montanis" traditio servatur, valli (wadi) „Log'a" a nomine sororis Zipporae appellationem istam inhaerere. Forlasse id

figmentum esse putaverim, quale supra p. 66 de Pharanitis allati, Jethronem tanquam progenitorem jactantibus. Quodsi memineris, quod p. 37 de voce 𓃀𓄿𓅱 рака-лафо(-пи), caper hircus silvestris (hirsutus, pilosus)" allati, forsasse huc faciunt. Nam quum Zipporae nomen proprie designet aviculam pipilantem, consentaneum erat, ei capream montanam (quales ibi nunc quoque occurrunt) comitem et sororem addere. — Neque silentio praeterundum, Aristophani hanc vocem ansam praebuisse τοῦ ᾠδαγελάου.

Seriosior est quaestio de Mosis homicidae reditu in Aegyptum. Ne tantopere vageris et ambigas, moneo, bis ferri nuntium (Exod. II 23 et IV 19) de rege Aegypti mortuo; illud sane ad principem Chamoas (שֵׁר), hoc ad patrem ejus Ramessen II Sesostridem referendum esse videtur, sive impetrata venia, ut exequias amici anno LV patris regnantis mortui faceret, sive amnestia generali promulgata. Certe sub finem regni Ramessis II et initio regni filii Menophtah Mosen cum dignitate in Aegypto versantem ostendent. Hinc dilucidur illa quoque quaestio, num Moses ipse praesens stelulam in Serapei catacomba muro infigendam curaverit, an absens miserit. Equidem censeo, Mosen cum fratre Aharone Levi, cum Debarjah uxore, cum Mirjam sorore et cum Elisheba-Elizebah fratria ipsum adfuisse atque hoc monumentum „aere perennius" in memoriam principis Chamoas, Maecenatis et amicissimi, dedicasse. Quonam tempore? sciscitaberis. Respondeo: abhinc 3400 annos! Nam quum annus 55^mus Ramessis II respondeat ann. a. Chr. 1522, habebis $\frac{1522}{1878}$ $\frac{}{3400}$!

# Pars chronologica.

Falso queritur – ut cum Sallustio exordiar – Aegyptiologorum genus, quod iam rara seu potius nulla exstent monumenta documentaque, ex quibus absoluta quae vocant data queant deduci. Imo plurima sunt viae, dummodo duce et imperator inquisitionis sit ingenium animusque. Porro, quandoquidem inter omnes constat, sine chronologia historiam fundamento carere, in eam ante omnia incumbendum atque laborandum esse cuivis facile persuadeatur. Quare equidem iam in prima mea elucubratione aegyptiologica, astronomicae quaestioni elucidandae operam navavi. In litteris enim ad Bruxium datis, quas PO XVII 358 sqq. publicavit, demonstravi, zodiacum sarcophagi sacerdotis Heter tanquam horoscopum anni VII. Hadriani explicandum esse, id quod tabulae demoticae a Stobbarto Anglo abbatae haud ita difficile enucleatu reddiderant. Ibidem quinque planetarum in signis zodiaci positionem accurate definivi.

Sacerdotem hunc Heler (ἕλπε „gemellus") revera Hadriano imperante vixisse, Apidis anno CXXI post Christum natum post multum tempus inventi auctorem fuisse et septuagenario majorem diem supremum obiisse, in libro „de cyclo Apidis", cujus rudimenta jam ante tres menses Academiae nostrae vulgavi, fusius exponentur. Hic memorasse sufficiat, non teniere in papyro sacerdotis Heler funebri, quod Museum Bulagense servat, sermonem injici de Amenophi illo, Amenophis III Memnonis cognomine, utpote qui in stela Londinensi disserte dicatur 𓇋𓏏𓊪𓏏 Si-Hapu „filius Apidis", ab epocha sacri hoc sub rege ab eodem Amenophi cognominato 𓉔𓏏 Hui consecrato. Quo pacto Amenophis hic, qui idem „Huis el, Si-hapi" Πάαπις, ab epitomatoribus Manethonis historiae ejus de Exodo genuinae intrusus sit, nempe cum Hui nostro, Mosis secretario et inimico commutatus, in sequenti parte „Exodi primordia", ex professo tractabitur.

Anno 1864, quum Lutetiam Parisiorum venissem, a Vicecomite Derugato, hunc ipsum cum filio ex Aegypto reduce, hospitaliter exceptus cum pluribus Aegyptologis mensae adhibitus sum. Quo in consessu quum quaestio et quaestus de varietate seu potius nullitate monumentorum vere chronologicorum exorta esset, ad elucubrationem meam supra memoratam allegavi, adjungens, in Brugschii coll. I tab. XX infra, exstare datum absolutum, siquidem decas a die XXVI^ma^ mensis Athyr usque ad sextam mensis Choiakk decurrens, intime conjungatur cum scenâ intercalationis, supra delineatâ. Quod volumen quum Derugatus attulisset inspexissetque,

se nihil duplicis calendarii ibi esse deprehendere, parumque aberat, quin deriderer explodererque, nisi hospitis civilitas tale quid impedivisset præsentis. Ex hoc inde momento persuasio mihi insidebat, altæ mente repostæ, neminem ex istorum coetu datum absolutum unquam inventurum esse. Idquod re atque eventa comprobatum est, quum hucusque adhuc omnes quaelibet chronologiae vestigia talpis caeciores praeterierint.

Anno post, prodierunt, Zodiaci Tentyritani, „Les zodiaques de Dendérah", mémoire où l'on établit que ce sont des calendriers commémoratifs de l'époque gréco-romaine". Quo in opere id mihi demonstrandum proposui, ut horoscopos esse probarem: rectangularem nativitatis Tiberii Caesaris, ad diem XVIIⁿᵘᵐ Novembris = XXIᵐᵘˢ mensis Athyr in calendario Alexandrinorum fixo, rotundum in tecto templi obvium, ad Iᵐᵘᵐ Septembrem = I Thoth calendarii vagi respicere, unde Cleopatra novam aeram tanquam νέα νεωτέρα Isis inchoavit. Ergo, quum annus XXIᵐᵘˢ Tiberii bis sub designatione L KA occurrat, et Cleopatrae anni in numis duplices numerentur inde a sedecimo = 3 ante Christum natum, epocha utriusque zodiaci certo definita et distantia temporalis septuaginta annorum fuisse demonstrata sit. Quid his resultatibus amabilissimi collegae opposuerunt? Nil nisi absolutum silentium!

Ne Demichen quidem, qui abhinc paucos annos murum templi Tentyritani mole arenarum liberavit et graecam inscriptionem in Σεβαστῆ desinentem detexit, hac occasione oblata, mei de eodem Σεβαστῆ fabi mentionem facere dig-

natus est, quamquam anno 1866, quo ei Monachii versanti librum meum de Zodiacis donaveram, valde eum comprobare visus. At non licuit, quia sentiret, in medium proferre, quippe qui in verba magistri jurasset. Lepsii dico, de cujus systemate jam prolixior sermo futurus est.

In volumine, cui titulus „Chronologia Aegyptiorum" Lepsius, tam pridem Theonis Alexandrini de Sothide loco nixus, fundamentum totius hujus chronologiae statuit, esse Theonis Μενόφρεως in Μενέφθεως corrigendum et ad Exodi Pharaonem Meneptah referendum. Non animadvertit vir doctissimus, nomen regium epochalis in duobus codicibus occurrere, hic Μενόφρεως, illic Μενώφρεως scriptum, unde sana cujusvis philologi critice statuet, vocem Menophreos pro genuina habendam esse. Neque Herodoti Μοίρι περιλειπόμενον animum advertit, quae locutio cum Theonis Μενώφρεως λήξις aperiam continere aequationem cujus videbitur. Porro, quum lapis Elephantinensis ferat: die duodetrigesimo mensis Epiphi Sothin apparuisse, quod datum anno ante Chr. nat. 1457-1477 respondet, illico convertit in mensem Payni, nempe ut chronologiae suae concordantem redderet. Quam ob correctionem merito a Vicecomite Deroug é corruptus est, dicentis, non esse talem corrigendi maniam pro genuina monumentorum interpretatione habendam. — Denique, ut alia arbitrarie ab eo correcta silentio praeteream, inscriptionem a Brugsio allatam demoticam, annum XV^mum Apidis = annis XIV et XI (Ptolemaei XI et Cleopatrae III) ferentem, statim cogitat de corrigendo dato in X^mum, ut suo Apidis cyclo congruat!

Culminat autem Lepsii chronologica ratio in eo quod dicit, ex Amenophibus regibus - plures enim traduntur nominis Menephtah a Theone Sesostridis filium designari, quia celeberrimus fuerit, quasi coelestium astrorum motus ad claritudinem hominis cujuspiam respiciat! Perinde est, ac si quis celeberrimum quemque Aegyptologorum adeat, inde lucis quidquam se adepturum esse vatus: miserè cum spes falleret, si quidem oraculum istud roganti mutum foret, nullâ longioris textûs analysi se quidquam posse dictum.

Brugschius, quo est acumine in indagandis singularium vestigiis, anno 1864 librum edidit, cui titulus est: „Materialia Calendario veterum Aegyptiorum reconstruendo inserviturae", quo in opere multa sunt congesta discussaque, quae ad chronologiam sanam pertinere videntur. Auctoris sententia finalis in eo consistit, ut duas annī fixi formas statuat, solum quoad initium diversas. Haec sententia, licet ex ea nunquam dubi cujusquam absoluti recuperatio possit sperari, tamen tolerabilis erat, quamdiu monumentali de ea re doctrina destituebamur. At postquam anno 1866 a viris doctissimis Lepsio, Reinischio et Roeslero decretum Canopicum sive inscriptio Tanitica in Europam allata est, Brugschius, a cujus systema hoc textu explicitissimo funditus eradicetur obstinacitatis est arguendus, quod in sequentibus suis libris falsae theoriae perpetuo faveat atque aures oculosque lucis occludat. Ne temere judicare videar, ex novissimo quodam ejus libro quaedam afferantur.

Ir, itinere ad oasin magnam" pagg. 39/53 infallibile argumentum" theoriae suae in textu pap. Bulagens. N^o II reperit, quia ibi de inundatione Nili die 15^mo mensis Mesori sit sermo, viginti dies ante primum Thot! Quasi phaenomenon hoc non alio quolibet die anni vagi deberet possitque evenire! Re vera nobis monumenta hucusque plura eaque diversa data apparitionis Sirii heliacae et Nili exundationis revelaverunt: veluti Tanitica I. Rayni, lapis Elephantinensis XXVIII. Epiphi, cur non etiam XV. Mesori vel XXIII. Thot? Associabit sibi Carolum Rielium, Anni Ramessidarum solaris et siriaci" auctorem, licet hic quatuor anni formas statuat diversis epochis respondentes. Quod ad pag. 53 attinet, ubi plures templi Tentyritani textus citantur, ad probandum annum Sothiacum, mera est mutilatio tractatus mei: „Periodus sothiaca sive siriaca", quadriennio ante impressi, sed pertinaci silentio praeterit. Eodem modo mutilatur pag. 42 explicationem meam vocis Μενδής apud Plutarchum obviae, jam anno 1863 factae, nominis mei nulla mentione injectâ. Ibidem longior excursus (p. 54) fit de aenigmatica scribendi ratione, qualis in extenso Darii textu et alias Oasis praebet, sed sedulo tacetur, me jam anno 1866 in PA ejus mysterii velum maxima ex parte sustulisse. Similiter (cf. „Tria calendaria festorum") explicatio mea vocis aethiopicae Ἀσταπους = ὁ ἐπ ὀκόους ὕδωρ, ad denotandum Nilum, a me jam anno 1869 exhibita (in tract. acad. „de stela regis Pianchi" = Ammeris Aethiopis) a Brugschio ἀναγνώσεως citatur tamquam novum sui ipsius commentum. Quousque tandem...

Equidem ex textu Taniticae corollaria quaedam desumsi, quae sub titulis „Dies intercalares Euergetis I et Augusti" – „Periodus Sothiaca sive Siriaca" – „Nechepsos, Sésostris et Triacontaëteris" – „Tetraëteris veterum Aegyptiorum", inde ab anno 1874 in Transactionibus Academiae Monacensis apparuerunt. Maxime vero in opere autographo: „Chronologia Aegyptiaca", quae ineunte anno 1877 meis sumptibus in lucem prodiit, illud Taniticae duplex datum: „I. Payni = apparitio Sothidis" anno IX Euergetis I mihi praebuit, complexam trium periodorum seriem inde a Byte usque ad Hadrianum per 4380 annos perductam contexendi. Quod opus hucusque a collegis sedulo tacetur. Quin imo, tres ex his, quibus librum meum transmisi, diverso quidem sed in essentia concordanti modo de hoc opere siluerunt. Unus, Francogallus natione, pro gentis ejus civilitate, se recepisse saltem documentalius est, oscula quadam de scarabaeo tanquam aequivalenti remissa. Alter, Anglus natione, ne syllaba quidem se accepisse me certiorem fecit. Tertius, Ebraeo-Germanus, convicium etiam donatorem oneravit. Quid his sociisque eorum faciundum putas? Sane, nulla alia agendi ratione melius clariusque ostendere poterunt, se quoad chronologicas quaestiones et solutiones insanabili quadam caecitate feriros esse. Quare ipsi quoque oblivioni tradantur oportet. Age jam demonstrem, istos in rejicienda mea Chronologia simul τὴν χρονολογίαν repudiasse, neque unquam ex his quemquam absoluto dato eruendo parem fore, quia indicia monumentorum documentorumque negligent.

Exstat apud Youngium (Hieroglyph. tab. 7 mediâ) fragmentum ex basalte fusco, „brought from Egypt by E. Wortley Montagu esqu." Scena ibidem repraesentata ostendit regem Psamelichum I offerentem munera panum figuris symbolicis trium mensium Mechir, Pharmenoth, Pharmuti. Prima est vir cultro munitus, quem legendae in Zodiacis Tentyritanis respondere demonstravi. Revera μαγειρος, coquus et stella polaris" sectionem anni indicat, quae cum sexto mense apparet, et alias lectio pap. Anastasi I Tubachi, si cum ebraïco טָבַח dhebach, immolare, mactare" et Arabum „tabach-coquus" contuleris, similem notionem administrat. Stella vero polaris, vulpe seu cane aureo (שׁוּעָל jacal) designata, itidem medium coeli polaris obtinet, ideoque uterque, et Mekir et jacal, pro mense sexto usurpatur. — Altera figura symbolica constat ex uno quidem corpore humano, sed duplici capite laurino praedita est, nempe ut  „duos pedissequos hippopotamae Menat" indigitent, hinc nomen (alio) mensis Pha-menoth jamdudum a me deducta est. — Tertia figura est serpens , et ipsa, ut antecedentes, pulvero incumbens, cum vestigiis nominis  Rannuti, in cujus legendae locum saepe succedit  Remut, quo facilius nomen mensis Pha-rmuti intelligatur. Ergo ex his patet, Psamelichum regem deinceps duodecim mensium symbolis litasse. Quoniam loco hoc fragmentum sit repertum, licet laconice „from Egypt" dicatur allatum esse, haud ita difficile est divinatu. Scilicet Herodotus in libro II, 153 tradit: Κρατήσας δὲ Αἰγύπτου πάσης ὁ Ψαμμήτιχος, ἐπὶ τῶν

Ἡφαίστῳ προπύλαια ἐν Μέμφι, τὰ πρὸς νότον ἄνεμον τετραμμένα etc.
Jam Herodotus, fidelissimus observator, II 121 reluctatur: Ῥαμψίνιτον
ἔλεγον· ὃς μνημόσυνα ἐλίπετο τὰ προπύλαια τὰ πρὸς ἑσπέρην τετραμμένα
τοῦ Ἡφαιστείου· ἀντίους δὲ τῶν προπυλαίων ἔστησε ἀνδριάντας δύο, ἐόντας
τὸ μέγαθος πέντε καὶ εἴκοσι πήχεων· τῶν Αἰγύπτιοι τὸν μὲν πρὸς βορέω
ἑστεῶτα καλέουσι Νέρος· τὸν δὲ πρὸς νότον Χεμεῦνα· καὶ τὸν μὲν καλέ-
ουσι Νέρος, τοῦτον μὲν προσκυνέουσί τε καὶ εὖ ποιέουσι· τὸν δὲ Χεμεῦνα
καλέοντες τὰ ἔμπαλιν τούτων ἐργάζονται. Hae narratiuncula Herodotus
nobis κειμήλιον chronologiae tradidit, licet ejus rei sibi haud conscius.
Scilicet, duae illae statuae aestatem et hiemem, id est: 𓇋 et 𓈗 𓏏 seu
et Φρω representantes, quae in geographicis catalogis saepius occurrunt,
a dextra et sinistra stabant repraesentatrici tetrameniae primae:
𓊪 𓏏 𓈗 𓏏 „inundatio", atque hanc fuisse primitus a Rhampsinito
cultam et honoratam, exinde patet, quia Ramesses III Amen-Ῥαμψίνιτος
tanquam Νεῖλος chronologicam denotat epocham, quae in vico Medinet
Abu nunc quoque scripta exstat: 𓇋 𓊪 𓏏 𓇋 𓋴 𓂋 𓏏 „mense Thoth (primo die)
apparitio Sothidis", ubi jam dudum contendo cum Champollione et Devéria.
Accedit, quod haud ita longe a propylaeis Rhampsinitis et Pharaonnelichi
exstat hodiedum aedificium statuis symbolicum repletum, quae ad chro-
nologiam reconstruendam maxime sunt momenti. Duo tantum exempla
inde deprompsisse libet: Pharaonnelichus II audit 𓇋 𓈖 𓋴 𓏏 = Ῥσα-μνοι- Ὑάμουδις
unde Ὑάμουδις- et Sesonchis IV 𓇋 𓋴 𓈖 𓏏 Σεσγωσῖς, prouti in mea

Chronologiâ Aegyptiacâ hypothetice tantum conjeceram! Plura poterunt afferri exempla. Sed quorsum invitis et multis margaritas obtrudere? Nempe veluti qui unum de thesi Pythagoraea argumentum non intellexerit admiserive, ne duodenario quidem ejusdem rei geometricae argumento aditum praebebit, sic quoque hodiernae generationi chronologicam cogitandi rationem, licet omni ex parte probatam, frustra inculcres.

Haud meliori successu in tractatibus majoribus thesin meam chronologicam, quae necessario fuerat concisa et laconica, fusius explanare conatus sum. Nam quis unquam mentionem fecit „Epochae Troicae", vel Ramessei primae elucidationis, quam in tractatu academico „Busiris et Osymandyas" publici juris feci? Id unum hic memorare libet, qua ratione collegae amabilissimi hucusque de chronologicis meis in Augusti regnum inquisitionibus perobliqueque silucrint. Nempe primum ex papyris ab Anglo Rhindio in Europam allatis et a Brugsio propter demoticam hieratici textûs versionem denuo editis, cognomen Augusti deprehenderam [illegible] τοῦ ἐπιφανεστάτου = ΠΑΠΑΜΑΣΤΕ „titulus Augusti", quem Goodwinius „potentissimum" denotare opinatus est. Quid secutum est meam meliorem explicationem? Altum silentium. — Deinde, quum ex theoria mea Augusti cognomen quoad coincidentiam anni Vagi ante Chr. nat. cum primo die mensis Mesori flagitassem, idque revera in Dendericensi Tentyritano Harmaïs invenissem — quid? Altius silentium. — Tertium nunc [illegible] vocatum, quid? Altissimum silentium.

# Phoenicis Apocatastasis.

Venio nunc ad specialem stelulae nostrae chronologiam, quae simul ad Exodi tempora spectat. Oritur quaestio, num ex monumentis et documentis certius quid dati absoluti possit erui. Respondeo affirmative, quum Sesostridis aevum in litteratissimis sit habendum. Neque contentus sum vaga quadam et ut ita dicam generali indicatione, qualis illa Aristotelis (Polit. IX) τοῦτο γὰρ ὑπεγράφειεν ἡ Σεσόστριος τοῦ Αἰγύπτου τὴν Μίνω βασιλείαν – sed ex contemporaneis testibus accuratam chronologiae instituere rationem est animus.

Primum ad notissimum illum Taciti locum provocaverim, qui Annall. VI 28 disserte dicit, Sesostride dominante primum alitem Phoenicem in Aegyptum advolavisse. Ex epochis ab eo allatis luce clarius patet – quandoquidem phoenicem anno XXI Tiberii nuntiatum expresse falsum vocat, qualis Claudii anno DCCC urbis conditae fictitius a Plinio praedicatur – epochas ab Augusto retrorsum enumerari, ita ut 250 annis prius (275 ante Chr. nat.) Ptolemaeo Philadelpho, qui tertius ex Macedonibus regnavit, prior ales apparuerit, tertius Amaside dominante, primus autem omnium Sesostride. Jam si temporis distantia ab Augusti V^to^ anno aegyptiaco (=25 ante Chr. nat.) usque ad 525, Amasidis epocham, rite computetur, habebis partialem illum quingentorum annorum cyclum, qui ut duplicetur vel tripliceture ad Sesostridis aevum assequendum, sana postit ratio.

Cum hoc classico passu mire consentit p. sp. Lugdunens. I 350 IV 4, quem abhinc undecim annos in extenso citaveram, haec ferentem:  (sic)  , quae verba: „Anno LII mensis Mechir die ultimo praeses palatii regis filius Chamoas exiit, utpote superior comitum, ad precandum annum bonum Regi: Rameesu-hyq-Anu (vivat salvus sanusque!): Initium anni retrogradi." Notandum est primo loco, datum hoc optime consentire cum morte filii regii Chamoas, quam anno patrii regni quinquagesimo quinto, Augusti Mariette ducte, evenisse supra comperimus. Deinde, quid sibi velit „annus retrogradus", quem librum meum „Moses Ebraeus" componerem, non fuit pro comperto habitum. Nunc omni cum fiducia declaraverim, nihil aliud esse nisi Phoenicis anno redeunte, post 1500 annos redeuntem, qua Periodi Sothiacae ultra veram anni tropici durationem excessus corrigeretur. Nempe, quemadmodum apud nos, inde a reformatione calendarii a Gregorio XIII per Lilios fratres introducta, quadringentesimo quoque anno tres dies tanquam excedentes excalantur, quo melius sibi consulat computi coelestis ratio, ita etiam apud Aegyptios, quippe quibus vera anni tropici duratio jamdudum cognita esset, correctio quaedam excessûs intercederet oportebat. Unde hauserint hanc pretiosissimam notitiam, jam visuri sumus: est enim „initium anni retrogradi" (pehu πάλιν retro) nihil aliud nisi Phoenicis apparitio.

Revera in obelisco Heliopolitano, cujus inscriptionem Augustâ jussu, Hermapion graece vertit, hicce occurrit passus: βασιλεὺς βασιλέων ... ὃν ὁ Ἥλιος προέθηκεν =  ... ὃν Ἄμμων ἀρίστᾳ = πλησιώδης τὸν ναὸν τοῦ Φοίνικος ἀγαλμῶν (καὶ Ἡλίου πόλιν etc.) cui ex adverso respondet in obell. Flaminio et Sallustiano ... Ramessu II  . Sane, unicus hic passus per se ipse satis probat, Ramessen II sive Sesostridem Phoenicis cultui speciali de causa addictum fuisse, ita ut pluribus argumentis supersedere possimus. Sed rei gravitas, quominus compendiose agamus, impedire videtur, licet silentium Aegyptologorum, hac de temporis signatura hucusque pertinacissime (cf. p. 4) observatum, parum exhortationis mihi adferat.

In fragmento, cujus photogramma mihi a viro doctissimo Fischero Friburgensi transmissum est, legitur haecce inscriptio proh dolor mutila:  ; Superior instituti P-Arus veridicus dicit: Equidem stili symbolum duplicis Tât atque jubilationes in urbe Tattu (Mendes), festivitates intervallorum temporis in urbe Annu (= On, Ἡλιούπολις) ... utinam (mihi) propitius sit Bennu (Βοίνις) ὁ κυκλομορφός (sic) quando elucet, personae Superioris instituti P- Arus, filii S.T. Thutimesu". Aperte hac ex inscriptione Phoenicis revolutio, reditus, ἀποκατάστασις indigitatur, quum vox  chen „annulum" et „magnum annum" (gyrus = Jahr) designet.

Quo tempore hic P-Arus - P-Asur ὁ Ἀσούριος (uti P-char ὁ Σύρος) vixerit, forte fortunâ certiores nos facit stela Musei Britannici, apud Libellinium Nro 888 designata, unde supra nomen Phinechas desumsi. In hac legimus lin. II:  „soror ejus (scilicet) Superioris Instituti P-Asur", et deprehendimus eandem modestiam, qua Elisheba-Elizebat supra usam, atque Huïs mulierem, aeque invenimus. Hic igitur P-Asur = ὁ Ἀσούριος, propter patris nomen in desinens non idem est atque in fragmento; sed ex eadem familia oriundus sit oportet. Neque silentio praetereundum est, hunc „Assyrium" tanquam Chaldaeum rei astronomicae sub Sesostride praefuisse. Ejus enim regis nomina Ὀσυανδύας et Ῥαμεσσῆς-Μιαμοῦν in tabula Londinensi exstant, unde Libellinius Nrum suum 888 desumpsit.

Stela Metternichensis inter alia notatu digna continet hunc passum.  , quem Brugsius vertit: „Tu es le grand Bennou qui fait naître les sections du temps (Kamui) [dans la maison du grand-vieux à Héliopolis]". Ex juniorum calvâ quidam in PA 1879 prim. sched. vertit: „auf der Spitze der Weiden" = in cacumine salicum", non animadvertens, hic de voce ΑΠ-ΡΗΤΕ, in Ἐπαλ. lum temporis" agi, quae Horapollinis χρόνος ἀπὸ βένης ἐπιζυούσης (I 35) et ἀποκατάστασις τοῦ χρόνου = Potrif ὁ ὄφεως accurate respondet. In universum juvenis hic scholae Lipsiensis, quamquam multa bonae frugis exempla congessit, a summa rerum quam longissime aberravit.

Patet enim, Phoenicem alitem nil aliud esse quam Solem orientem. Sed monumenta astronomica cuivis oculis munito notionem obtrudant, fuisse Phoenicem alitem, hieroglyphice Bennu et Benu = Venu scriptum, haud diversum a planeta Venu id est Veneris, e cujus nomine caetera fortasse fluxere pantheï. Mirum est, quod juvenis Lipsiensis scholæ cui nomen est Wiedemañ, unum illud exemplum non urget, quod in theseos suæ favorem militare videtur, dico beum pap. Bulagens. 3 tab. 11 Aug. Mariette, quod omnino astronomicis scatet notionibus:  „Tu (mortue Heter sacerdos) es tanquam Bennu-Phoenix, forma Solis". Sed haec legenda satis elucidatur, ubi mecum statueris, Bennum esse Venerem planetam, circum Solem se moventem atque transitibus per Solem periodon annorum CXXV formantem, quae duodecies repetita, magnam MD annorum repóodov conficit.

Affero nunc fragmentariam quidem, sed nihilominus maximi momenti repraesentationem, in templo Tentyritano (cf. Dümichen: Baugeschichte" tab. III supra) existentem. Deae Hathor-Sothidi , emblematibus usitatis praeditae, offert rex Ramesses II Sesostris duo sistra, ipsa Hathoream faciem referentia, vaccae auribus munita in. Caput regis simili symbolo insignitum est, phoenicis arboris (φοίνικος τοῦ δένδρου) spathin ⅄, non ⅁, ferenti. Ergo hic Ramesses II Sesostris Deae Hathor-Sothidi ex adverso positus est, tanquam correctivae periodi Phoenicis repraesentator. Re vera MD annis post Augustum similiter fungentem ibidem

inveninus. Exstat enim apud Aug. Mariette (Dendérah" tom. II tab. 54) repraesentatio, in qua Augustus imperator, corona hetes ΣΗΤΣ extremitas, initium, principium, summitas", praeditus, eidem Deae Hathor-Sothidi Phoenicem alitem bis offert: et , nempe ut significaret, se, periodi inde a Sesostride usque ad sese decurrentis finem simulque initium alterius periodi esse. Re vera Augustorum Constantiæ et Constantis moneta exstat, phoenicem alitem ostendens, cum inscriptione: „Felic. temp. Reparatio", quae ad ἀποκατάστασιν τοῦ Φοίνικος Augusto imperante factam referas oportet.

Affero alium textum Augustei temporis, id quod ex denominatione scribendi conspicitur; cujus διηγεκεστέρης quum ne inclytissimi quidem Aegyptologorum elementa hucusque cognoverint, per plana hieroglypha reddo:

„Cheni-nA-Bast, officiator monumenti duplicis ad latus (epti) terebinthi Ramessis-Miamunis-Achut (hinc Ψ-ἀχώτ!), scriba palatii regii, magnas instrumenti visorii Phoenicis, reiterantis formam duplicem". Hic astronomus aevi Augustei, verisimiliter Bubasti oriundus – nam nomen ejus proprium Cheni-nA-Bast = „vates deae Bast / Vestae? eb symbolum Sesostridis memoriam, utpote cum epochâ Phoenicis MDamis pridem visi aequalem pie fideliterque conservaverat. Fortasse Cheninbastes idem est cum auctore monumenti probabiliter Heliopolitani, nunc in urbe Cahira privatim servato, cujus tenor fere est hic: o fili Phoenicis adspice me: ego quoque filius

Phoenicis, tui similis". Mireris, quod praecisum monumentuli hujus sedem non indicem. At menineris, primum mihi a proprietario id juris non esse tributum, neque confratres Aegyptologos, si indicassem, ejus rationem habituros fuisse, quemadmodum prioris monumenti, quod jamdudum omnium manibus teritur.

Pergo itaque ad traditionem classicam, ut Phoenicis subrogo Sesostride obvii vestigia indagem. Quis non audivit de Syncelli chronographia, si quidem Aegyptologi denominationem defutaverit? Atqui diligentissimus hic monachus compilator, Caroli Magni temporibus aequalis, sub Numeris iō', iε', ις' catalogi sui ex Sothide Manethonis conflati, quem canonis instar chronologici sequitur, haec habet: Χαμοὶς ἐτῶν ιγ'. – Μαμοὶς ἐτῶν ιδ'. – Ραμεσσῆς ἐτῶν ϟε'. Equibus, si quis Aegyptologiam vel modice callet, facile deducat duos regna consecutiva Sethoseos I et Sesostridas oportet. Nam Sethosis I revera insigne palatii praefert  Cha-m-oas, unde Χαμοὶς graecisatum est. Porro Ραμεσσῆς III Σέσωστρις hic duas in partes diriuitur: ex cognomine  Mery-Amun fit Μαμοὶς – Μαμοῖς, et ex principali legenda illud Ραμεσσῆς necessario deducitur, quia nemo Ramesidarum tam diuturnum 65 annorum regnum assecutus est.

Ergo annus quinquagesimus alter LII, ut in pap. Lugdunensi I 350, aetionem repraesentat, ob epocham Phoenicis factam. Quos XIX annos si a tetati numero 66 annorum, quibus regnauit, subtraxeris, habebis an. LII.

Attendatur quaeso simili catalogo, quem primitus Eratosthenes ille, Chronologiae pater, struxerat, ab eodem Syncello sub nomine Apollodori Atheniensis traditum. Sane maximi illius Cyrenaei opus, qui Manethonis in bibliotheca Ptolei inclytissima successor fuit, non jam exstat. Nihilominus e vestigiis nobis servatis haudita paucas epochas deprehendere licet. Ultimum XXVIII regum Thebaeorum locum obtinet Ἀμενδησιος ἐτη ϟϑ', σοὶ δὲ πάντων ἦν ἔτος, ϡϑ'. Adjunxit Bunsen:, cui ultimo numero si annos addideris 62 (63 mum) annum habebis mundi 3975, ad quem usque hanc seriem pertinere in iis, quae jam sequuntur, docet Syncellus. Atqui annus mundi 3975, ex Africani systemate his in calculis valenti, ubi de summa 5500 annorum usque ad Christum natum pertinentium subtraxeris habebis 3975 1525 ante Christum natum tanquam epocham Sesostridis id est Phoenicis ejus, qui anno LII. regni ejus apparuisse satis superque demonstratus est.

Neve offendaris nomine Ἀμενδησιος, monco litteram M antiquitus, uti hodiedum v.g. in ↀIↃↃↃCCCLXXIX = 1879, rotunda conspicii formâ, quae ad literam O proxime accedit. Atqui Ἀμενδησιος-Ἀμουνδαῖος nihil aliud est, nisi Participium Ἀμοιβ-μερι graecisatum!

Cum vero stella nostra Mosen cum familia ejus exhibens, ad annum LV mum Sesostridis referenda sit, facilis est computus instituto, quo praecisum ejus datum tuto eruas: Est annus 1522 mus ante Chr. natum, ita ut, quemadmodum jam supra posui, nunc numeres annos 3400.

# SOTHIACA PERIODUS.

Postquam in capite antecedenti Phoeniciis apocatastasis exinde a Sesostride usque ad Augustum, MD annorum spatio, extendere se demonstrata est, unde stellae nostrae datum luculentissimo in annum 1522 ante Christum natum fixari potuit, quaeritur jam de Sothiaca periodo, quae apud veteres, exempli gratia citetur locus Taciti supra memoratus – nonnunquam cum Phoeniciis apocatastasi, propter annorum aequalitatem, in unum confluxit. Scilicet Sothiaca Periodus illa est, quam Tacitus indigitat verbis: „Sunt qui adseverent, mille quadringentos sexaginta unum interjici (annos)." Simulatque enim Sirius (Sothis) stella in horizonte orientali paullo ante solem exorta est, quam ἀνατολὴν heliacam appellare consuevimus, atque illico Solis radiis obnubila evanuit, novum incipit quadriennium, uno die tabraëteridem anni vagi superans, ita ut reverâ post absolutos 365×4 = 1460 dies annus fixus sive sothiacus, quater repetitus, numeret 365×4+1 = 1461. Iidem ergo 1460 anni sothiaci – sive fixos, sive astrales vocandi, dum modo ne solares – accurate respondent annis vagis 1461. Unde fit, ut hac periodo per omnes dies anni vagi transgressa, incipiente anno vago 1462^mo, primus dies mensis Thot rursus coïncidat cum primo Thot ejusdem sothiaci, quarto quovis anno absoluto una sede retrocessurus. Quare Sothidis exortus heliacus, siquidem cum dato quolibet anni vagi occurrit, certissimam praebet scalam, ad datum absolutum eruendum.

Atqui novimus ex indicationibus et Theonis Alexandrini, et Censorini – qui duo testes mire concordant – primam tetraëteridem Sothiacae periodi fuisse inter annos post Christum natum 136–139, Hadriano et Antonino imperantibus. Unde consequitur, ut statuamus, proximam Pharaonum epocham correspondentem fuisse 1325 ante Christum natum, ita ut primum quadriennium annos 1325-1322 complectatur. Theon mathematicus idemque astronomus hoc initium, quod simul finem anterioris periodi includit, Μενόφρεως ἀρχὴ appellat, quemadmodum eodem in passu ab eo Αὐγούστου ἀρχὴ memoratur, id est, finis aerae Augustae, inde ab anno 25 ante Chr. nat. usque ad epocham Diocletiani – 284 post Chr. nat. expansae.
Ergo Menophres rex antiquior quidam eshcum epocha 2785 ante Chr. nat. coïncidens, atque revera Phiops Moeris id est seriore in pronuntiatione Me-no-ph-res – Meri(e)-n-phrē, amatus Solis illud temporis punctum sibi vindicat. Quumque Diodorus Moerin inter et Nilum reges duodecim generationes ( hanti) intercessisse dicat, atque Thebis in vico Medinet-Abu nunc quoque datum exstet duplex, quod disserte sub Nilo = Rhampsinito sive Ramesse III Sothidem die primo mensis Thot vagi indicat, ne minima quidem dubitatio potest subsistere, quin Ramesses III designet epocham anni 1325 ante Chr. natum. His addas Byten praehistoricum Uniten, quem anno proleptico 4245 respondere probavi, et habebis quatuor epochas:

1245, 2785, 1325 ante Chr. et 136 post Christ. natum, quibus respondent Bytes, Moeris-Menophres, Champhinitos-Neilos et Hadrianus; cognomina chronologica autem Σι-θωθις, Ἀ-θώθης, Με-νε-θώθ. Equid hoc in consensu casui censes tribuendum esse? Nonne haec tria exempla luce clarius ostendunt, a primo die mensis Thot (Αὐθ, Αὐθ, Θώτ) haec cognomina regibus indita fuerunt? Num quisquam ausit contradicere? Jam ad specialem stelulae nostrae chronologiam pergendum est. Quum Ramesses III epocham principalem 1325 ante Chr. nat. designet, necesse est ut Ramesses II Sesostris, quem inter et Ramesem III reges Nechthsethos, Syrus (Κῆρος), Anummeses, Siphthas-Ἀμενθῆς, Sethosis II Merenptah thronum occupaverunt, aut Mesori aut Epiphi mense Sothiacam apparitionem viderit. Si quis chronologiam meam aegyptiacam attentius perlegerit, revera Ramesem II Sesostrin inter epochas Sethoseos I Χωαεθώθ Ἐπαθος (ab Epiphi mense denominati) et Σιθωθ τοῦ καὶ Ἐμενῆς = Ἀμενθος-Ἀμενθῆς inclusum deprehendet. Quod ad ulteriorem hunc regem attinet, quum et deus Ἀμενθῆς 𓇋𓏏𓊹 Har-m-ākhu et Ἀrmain-ōn, id est, Harmachis-hon 𓇋𓏏𓊹𓈖𓇋𓅱𓈖 rex epochales ad annum 2925 pertinens distinguendi essent, ipse novo quodam cognomine designari oportebat. Hoc fuit 𓇋𓏏𓊹𓈖𓇋𓅱𓈖𓂋𓏏𓊹 dun, ΤΩΝ, ΘΩΝ, ΘΗΝ, se levare, germinare, unde Θών Homeri, Ἀθῦς Herodoti, Ἀθύρ Ἀθύρ epistomatorum exortus est. Denique, Augustus ipse, ob epocham ann 5 ante aeram christianum, quo Sothis primo die mensis Mesori apparuit, Τιβέριος 𓇋𓏏𓊹𓈖𓇋𓅱𓈖𓂋𓏏𓊹𓈖𓇋𓅱𓈖 Ἀμενθῆς audit.

Verisimillimum est, datum Elephantinensis lapidis et datum papyri Lipsiensis, ab Apio me praesente in Aegypto comparati, quae ad ultimum et penultimum diem mensis Epiphi vagi pertinent, eodem rege Siphtah, qui medicus erat – a regis conjuge = Ταυσιρι = Πολυδεύκη Menelaus Helenaque illud unperdès Cæsaribus acceperant, nox in Telemachi consolationem abiturum – esse proferta.

De regis Sethoseos I cognomine chronologico Ἔτεος passim in sequentibus erit sermo. Quodsi priores reges a mensis Epiphi neomenia cognominati requirantur, invenies in „Chronologia mea Aegyptiaca" enumeratos. Habebis primo loco ex dynastia quinta Ratkeram cognominatum Ast-as, quia revera mensis Epiphi nomen et ex reduplicatione Apap et ex As-as potest formari. Datum requisitum est $\frac{3045}{1460}$ ante Chr. natum. Una periodo sothiaca ab eo distans, id est, anno 1585 ante Chr. nat. habetis Sethosin I, Sesostridis patrem, Ἔτεσιν cognominatum. Neque solum hoc cognomine epocha ani 1585 indicatur, quo primum die mensis Epiphi vagi Sothis heliace exorta est, sed etiam titulo reiterans nativitatem vel coronationem". Scilicet hoc anno 1585 ante Chr. nat. Sethosis I annorum regni sui novam numerationem inchoavit, quemadmodum ante eum Antef-aa (XI.), Amenemes I (XII.), Thuthmosis III (XVIII.) et postea Ramesses IX (XX. dyn.) eodem titulo  muniti occurrunt. Quid plura? Nonne nobis suppeditatur unicum Ramessei auxilium, unde Sesostridis epocha per se ipsa, nulla re intermedia, potest emendari?

Longior jam excursus opus est de magnifico hoc monumento, quod mira quadam providentiâ, omnibus undique antiquitatis vestigiis usquaque deque eversis, ad nostra usque tempora paene integrum manet. Multi de eo scripsere, inter quos „Descriptionis Aegyptiæ auctores primo loco decet nominare, quod vere viderunt, Ramesseum hoc nihil aliud esse quam αὐτῷ Διὸς βασιλέως, a Diodoro secundum Hecataeum Abderiten minutim descriptum. E recentioribus – ut alios silentio praeteream minus accuratos – imprimis Lepsius delineando zodiaco operam dedit, atque in Museo Berolinensi repraesentandum cum curavit. Cujus in descriptione id solum desideres, quod scitu dignissimum esse videtur: dico finem hujus magnificentissimae repraesentationis; quid sibi velit, ante omnia quaerendum erat. Qua quaestione posita, jam pars aliqua responsi reperta est; namque haud ita longo scrutationis ambitu id facile quis assequetur, debere horoscopum in Ramesseo invenire, quale Tentyritani zodiaci prae se ferunt. Vere hac suspicione Aegyptiis justo plus tribui censeas, si quis illis accuratam rei astronomicae scientiam adscribat, moneo, omnes veterum auctores in eo consentire, vel Aegyptios et Chaldaeos hanc coelestem artem praecipue callluisse dicant. Atque monumentorum adspectus ipse probat, sideribus cognoscendis, id quod sereno semper coelo facillimum observatu illic redditur. Niliacos Aegyptios bonam operae partem navasse. Ne multus fiam, ex „Osymandya et Busiri" (titulus est dissertationis meae academicae) hunc spectantia afferre.

Si quis tegumentum Ramessei, cui Zodiacus nobis occurrit, vel obitur tantum perlustraverit, tres in eo sectiones animadvertat oportet, tribus tractibus juxtaposibis formatas. Accuratius inspicienti tres disci sive potius globi obvii sunt, in fine tripartitionis conspicui. Sane, haec non est effigies coeli rotundi, sed catalogus astronomico-calendarius. Atque disci illi sive globi ita sunt sparsi, ut duo contemplanti a sinistra in extremis tractibus occurrant, unus a dextra medium obtineat. Ne multa proferendo tempus et spatium teratur, dico: hos discos sive globos triplicem anni formam repraesentare, fixi, vagi et intercalaris. Quae tripartitio in ipsa chronologiae Aegyptiacae natura posita est, utpote quae regum gesta anno vago metiatur, Sothidis appartitionem adnotet et e quatuor quartis solidum diem quarto quoris anno absoluto intercalet. Quumque revera dies intercalaris differentiam anni vagi ab anno fixo constituat merito medium inter utrumque obtinuit, hippopotama symbolica taurinum quartum vel solidum taurum sibi primitus (quia Thamenoth mediis septimusque anni mensis erat) vindicante, donec temporum decursu id muneris a symbolo mensis Mesori id est, ultimi, arreptum est. Exstat Philis in insula monumentum astronomicum, ubi Horus (Harmachis, Mes-hori) cum hippopotama certamen singulare videtur inire, ubi taurinum quartum, id est symbolum quartae diei partis excedentis, obventurum sit. Inscriptio Tanitica docet, Horum vicisse, quum Mesori mensi et quinque Epagomenae et ¼ adjungantur.

Ad sectum concomitantem si respexeris, tripartitionem similem deprehendes. Ea enim columna, quae symbolis mensium amnisii additus est, fere materiem solidorum lapidum monumenti tractat. Quae ex tribus bipartita medium obtinet, ad stabilitatem regii nominis  permanentiamque pertinet. Neque ea sui tribuendum est, quod in pariete adjacenti, ubi bibliothecae introitus fuit cum inscriptione: Ψυχῆς ἰατρεῖον =  nutrimentum spiritus" (cf. Leibnitii in bibliotheca Berolinensi superscriptionem), deum litteraturae Tehutin (Thot) cum Musa historiae dive Klio: (proprie hesternum tempus id est: praeteritum designanti!) nomen inthronisationis  Ὀσυ-μα in cordiformibus foliis et fructibus arboris  terebinthi  inscribere, ut quam diutissime hominum memoriae insideret. Addito  nuti-aa = deus magnus", qui titulus Sesostridi et vivo et mortuo indi solebat, habebis Ὀσυ-μα-νοῦ-α-ς. Atque revera in Ramesseo, quod potius Osymandyaeum vocandum est, non agitur de nomine familiae Ramessis, quod aeo pridem obvenerat ad sodalium Ramessidis deinceps obventurum erat, sed de nomine inthronisationis. Jam hinc verisimillimum redditur, in Osymandyaeo horoscopum extare, ipsius Ramessis II Ὀσυανοῦς ad thronum elevationis epocham indicans. Qui actus quum intime cohaereat cum decessu patris ejus Sethosin I dico, fortasse lector attentius cogitans in causam incidet, cur Diodorus hoc monumentum et τριῶν μεγαλοτέρον et τάφος nuncupet.

„Scilicet, ulterior haec designatio ad syringa spectat illam omnium magnificentissimam, cujus aditum primus patefecit Belzonius, Sethosis I regis sepulchrum, cujus horoscopum cum dato Ramessei sarcophagi Osymandyaei convenire necesse est, ita tamen ut occubitus patris vespere, filii adscensus mane factus esse repraesentetur. Quae de syringe licet scripta dictu digna videantur, tamen iis hoc loci supersedendum esse censeo, quia ad inferiorem Osymandyaei quoad chronologiam sensum perveniendum est. Ansam praebuit mihi textus lateralis, qui necessaria ad vaguin annum spectat, quia duae aliae anni formae jam ut ita dicam caracterizatae sunt legendis concomitantibus.

Est autem hujus textus lateralis tenor verbo tenus hicce: Dicunt Dii Deaeque coeli meridionalis (id est: planetae, Solis Lunaeque phases) ad Dominum alba rubraque corona (id est: utriusque Aegypti emblemata) praeditum: Ra-vesu-ma-sotep-en-ra, filium Solis: Ramessu-MeriAmun: „Largitur tibi Sol transformationes tuas similes Lunae, ut juvenilitas tua denuo nascatur omnifesto. ut radies albedine instar horizontei (Harmachis), quando se offert, illucescas ritu Isidis-Sothidos in firmamento, tempore matutino (summo mane) anni incipientis – ut tibi mille myriadas tetraëteridum (panegyreon), Nilos non deficientes – ut tibi appareant decani coelestes quavis decade, ad augendos annos tuos, benevola tibi sit neomenia, ob sculpturas tuas durabiles; ut navigationes imbari tua, ritu Orionis in coelo: ut tua duratio sit aequalis illius, o Rex Osijmandya!"

Qui textus lateralis revera respondet columnis transversalibus, quæ recto angulo oppositæ sunt, nempe dii decaeque coeli meridionalis" attingunt protocollum quinque planetarum, Lunae Solisque phases. Ex altera parte triginta sex decani incipiunt enumerari praecise eo loco, ubi textus de decadibus sermonem injicit, quasi sit titulus seu superscriptio decanorum, haud ita in coelo, sed in calendario obviorum.

Accedit quod designatio mensium anni vagi quoad directionem una ex parte sequitur textum lateralem dextrorsum, altera ex parte per tetramenias sinistrorsum procedens. Haec monumentalis legendæ ratio prima mihi subministravit cogitationem, eum mensem, cujus progressus sinistrorsum procedens cum signo compositio ♈ "initium anni" quasi angulum efficit, eundem esse, quo Isis-Sothis heliace sueto mane exorta esse perhibetur. Sane, licet ex hac cogitatione illico oculus incidat in ♓ tertium mensem tertiae tetrameniae, id est, in mensem Epiphi, tamen accuratior computus exinde nequit instituci, quia solidus triginta dierum mensis annis 4×30=120 respondet, ita ut epocha monumenti 1585 inter et 1465 comprehensa videatur.

Itaque ad Decanos confugiendum erat, quorum duce atque regina Isis-Sothis perhibetur, mediam repraesentationem cum Davide obtinens. Namque Decani coelestes prototypa sunt decadum calendarii, atque ex iis facile quis vel diem certam eliciat, si forte nota quaedam significativa adjungatur. Tale quid in Decano N^o 31 occurrere monstrabimus sum.

Decano huic nomen est Siqed, in catalogo Hephaestionis sonat Σικέτ. Infra hanc legendam est videre hieroglyphas  , quae jam sub decano N°23: sat ecwos „ovis" occurrit, hanc formam exhibendis  „ventris Rheae (Nut) sedes". Ergo nostro loco vertendum erit „secunda sedes ventris Rheae", atque revera, quia dea haec coelestis umbilico duas ventris partes quasi separare videtur, tales appellatio haud ita incongrua est. Posito igitur, decanum Σικέτ significativo quodam epitheto caracterizari - id quod podestenus probabitur - habebimus epocham monumenti restrictam inter annos 1585 et 1545 ante Christum natum, quia decanus N°31 respondet primae mensis Epiphi decadi. Jam videamus, quodnam sit illud characteristicon, unde vel praecisus hujus decadis dies deducatur.

Quum tertius dies mensis cujusvis Osiridis proprius sit, jam verisimile fit, hunc ipsum diem indigitari, quia nomen regis Sethoseos I tanquam Bovosgis = P-usiri, quae legenda in ejus sepulchro ubique conspicitur, nonnisi ex hoc die mortuario potest elucidari. Accedit autem peculiaris quaedam in Ogmandyaeo additio, quod sub nomine Decani Σικέτ adjungitur:  , nem(haru) mes outen „hic dies (tertius primae Epiphi decadis) est dies coronationis  regiae". Qui sensus ut eliciatur necesse est, si omnino legenda haec perperam descripta sensum praebet. Hoc die admisso, habebimus epocham monumenti: an. 1577-1574 a. Chr.

Neque praecisus hujus tetraëteridis annus deest. Scilicet in sgringe Sethoseos I scena intercalationis exhibet solidum taurum , quo indicatur, datum illud respondere fini tetraëteridos absolutae. Contra in Ramesseo, seu potius Osymandyaeo femur solum cum capite taurino praebetur, satis aperte declarans, jam initium novi quadriennii instare. Neve forte opineris fieri non potuisse, ut mors Sethoseos et adscensus Sesostridos eodem quo Sothidos apparitio evenerit, moneo, etiam in dato biblico „Hodie vos egredimini in mense τοῦ Abib" non nisi signaturam anni datam esse, die omisso. – Ergo Ramesses II Sesostris primo tetraëteridis anno, id est, 1577 ante Christum natum ascendit thronum, atque in hujus facti memoriam horoscopon Osymandyaei exscusum est. Neque fortuito fit, ut in hoc pretiosissimo mnemate cynocephalos, secundum Horapollinem aequinoctii (autumnalis – τὰς δύο ἰσημερίας ὁ κυνοκέφαλος σημαίνει) index, sedeat praecise apud symbolon mensis Thot. Nam si tertius Epiphi respondet Sothidis exortui = ante diem XIII. Kal. Sextiles, 63mo die post incidet in I. Thot = ante diem XII. Kal. Octobres, quo tempore solet aequinoctium autumnale obtinere. – Simile quid de duobus oculis mysticis dicendum:  sinister, Lunae symbolum, in calendario Ramessis II (Rep. Sallier IV) sex primis anni mensibus dominatur, quia nox longitudine diem superat; contra dexter, Solis symbolum, dominatur sex ultimis mensibus – id quod Goodwinius in PA Heathio se debere professus est.

In universum si contemplatus fueris, quo modo Sothidis apparitio cum tertio die mensis Epiphi vagi quasi aenigmatice combinata sit, eundem fere invenies cum eo, qui in lapide Elephantinensi observator. Scilicet in utroque signa hieroglyphica tractibus suis rectangulum formant hocce modo:

Lapis Elephantinensis: (Confrontatio) Tegumentum Osÿmandyaei:




Ex hac confrontatione facile quis deprehendet, me non temere in dahum quod vocant absolutum incidisse, sed diligenti comparatione et textuum concomitantium et rei astronomicae accurata definitione hoc lucri mihi obtigisse. Quodsi reputetur, ex hoc Sesostridis aevo, utpote liberalissimo et omni monumentorum copia abundissimo permultas alias pendere quaestiones, religiose attendat oportet, etc.)

Age, jam corollaria nonnulla colligamus. Non urgeo decadum motionem, quae primo (uti hic) et tertio quovis tetraëteridos anno a primo die usque ad decimum et sic deinceps – rursus secundo et quarto quovis tetraëteridos anno a sexto usque ad decimum quintum et sic deinceps decurrere debere, et quinque Epagomenas, semidecadem effermantes; quamquam ex hac quoque consideratione resultabit, a me tertium diem mensis Epiphi vagi tanquam Sothidis apparitioni aequivalentem recte enucleatum esse. Sol potius urgendum, quod calculus hic meus quoad tempora optime congruit cum eo, quem supra ex Phoenicis sub Sesostride advolatu accurate definivi. Nam 52^mus Sesostridis annus inde ab initio 1577 vere est 1525 y. e. d.

Neque silentio praetereundum est, quosdam regum annos singulari formâ ronpet sop, pro usitatâ  ronpet occurrere. Ne casui tribuas, monent stelae Silsilienses et Philenses, in quibus e.gr. annus trigesimus Sesostridis designatus est , ad tria centaëterida indicandam. In dissertatione academicâ, quae nunc ipsum e preelo procedit, cui titulus est: „Tetraëteris aegyptiaca", satis superque probavi, designationem var.  ha-sop = ϑα-cφωσι annus primus" proprie convenire anno primo sive initiali tetraëteridos, cuibâ  ronpet sop", cognatum semiticum אסף colligere, collectivo quodam verbo medium quadriennii denotare. In proxima parte, ubi de Apidis cyclo serme erit, occurret ipsissimus trigesimus Sesostridis annus, eodem signo  definitus. Hinc oritur suspicio, ubicunque de generali tetraëteridos designatione ageretur, selectam esse illam rationem ut signis  ronpet sop exprimeretur.

Notabilissimum ejus exemplum affert stela quaedam in ruderibus Tanis urbis ab Augusto Mariette reperta, quia omnium prima et hucusque sola aeram prae se fert:  ronpet sop CCCC. Refertur hoc monumentale datum ad unum ex regibus Hyqueschês; Sutech-apehuti Nubti, quem cum Africani Σταάρ, Josephi Arras, Tauruset pap. Taurin.  (Set) An-nubti identifices. Atqui, si medius regni hujus Hyqueschês annus, qui 50 an. regnavit, inde a 2000 usque ad 1950 ante Chr. natum, reverâ incides in mediam tetraëteridem 1577-1574, id est 1575, qui tertius fuit

Ramessis II Sesostridis. Quae quam bene quadrent, jam ex eo colligere est, quod magistratus, qui stelam hanc deorae anni CCCC erigendam curavit, initio regni Sesostridis id fecisse putandus est, et ipse Selucho=Σέσωσις appellatus, uti rex Selkosis I, et Hygschos ille quadringentis annis major. Accedit quod rotundus hic CCCC annorum numerus similiter occurrit in libro librorum, ubi prophetia exstat de servitute filiorum Israëlis per quadringentos annos duraturae. Revera distantia temporis inde a rege Hygschos Staane usque ad Apophim, Josephi Pharaonem, eadem fere est ac inter Ramessis II primordia et Exodi Pharaonis exitum. Addantur 30 anni (430), ut integer numerus habitationis filiorum Israëlis in Aegypto computetur. Hanc quidem annorum summam hic non moror.

Contra id potius urgeam, in Exod. XIII 4 hanc praeberi significationem anni, quo filii Israëlis Mose et Aharone ducibus, ex Aegypto migravere: הַיּוֹם אַתֶּם יֹצְאִים בְּחֹדֶשׁ הָאָבִיב Hodie vos egredimini in mense novo Abîb. Quem illico septem dies azymorum adjungantur, id mihi primam cogitationem suggessit, posse hoc additamento memoriam Exodi chronologicam suppeditari. Quidni sumatur septimus a fine mensis Epiphi dies tanquam significatura anni? Revera Epiphi dies vicesimus quartus ipse est, quo Sothis sive Sirius heliace apparuit per tetraëteridem 1493, 1492, 1491 et 1490 ante Christum natum. Quodsi supponitur ♌ prospect sop, id est, collectivus quadrienii semicyclus, jam habebis medium $\frac{1492}{1491}$ tanquam verum Exodi annum, qui idem elicitur e Sesostridis et Menophthae regnis.

# APIDIS CYCLUS.

Venio nunc ad inclytissimum Apidis Cyclum, e cujus definitione certiorem monumentûli nostri epocham deprehendere sumus. Namque Moses ipse, utpote Messias משיח sidérum observator, sacro tauro Serapei litat, sed etiam Mnevidis cultor simul fuisse praesumendus est, quum uterque taurus, et Apis et Mnevis, eodem viginti quinque annorum cyclo vitam emensus esse censendus sit. Accedit, quod vitulus aureus, quem Aharon frater, Ebraeis flagitantibus, in peninsula Sinaï faciendum suscepit, ut populo tanquam deus et insigne praeferretur, haud dubie Mnevis fuit, sacer ille Heliopoleos taurus, a qua regione terra Gosen, tanquam provincia pendebat. Sed ad singula pergendum.

Primum est animadvertendum, quaecunque hactenus a viris doctissimis de cyclo Apidis disputata sunt, prorsus nullius esse momenti. Veterum quidem testimonia Jablonskius diligenter collegit et cum sollertia quadam discussit. Neque tamen bene distinxit inter epochales tauros eosque, qui intra cyclum naturali, vel violenta, morte, obierunt: illos a sacerdotibus occisos, id est sacro Nili fonte seu puteo immersos fuisse, hos omni cum fastu in Serapeum elatos esse nunc quidem, me judice, constare videtur. Quare, quae sibi invicem obstabant, haec veterum testimonia alteram utram in partem optime jam trahuntur.

Usque ad nostram aetatem res integra mansit. At postquam Augusto Mariette contigit, ut sexaginta quatuor taurorum sacrorum sepulchra in Serapeo detegeret, nova atque inexaudita materies studium denuo excitavit. Doleo quod mihi declarandum est: quantopere A. Mariette indagatis Apidibus de re publica litteraria bene meruit, tantopere theoriâ huc illuc fluctuanti quaestionem ipsam obfuscavit, adeo ut in Athenaeo franco-gallico ultimatum ejus existet sic habens: „La période d'Apis me paraît définitivement enterrée". Si quid intermatum est, certe non cyclus Apidis, sed explicatoris interpolitive habilitas, qui Plutarchi disserto testimonio putat supersederi posse, ferente: τοῦτο δὲ τετράγωνον ἡ περιὸς ἀφ' ἑαυτῆς, ὅσον τῶν γραμμάτων παρ' Αἰγυπτίοις τὸ πηδὸς ἐστι, καὶ ὅσον ἐνιαυτῶν ἔξη χρόνον ὁ Ἄπις. (De Osir. c. 56) Idem auctor de rebus Aegyptiacis explicitissimus ibidem cap. 75 haec praebet: ἐξήκοντα δὲ πίπτουσιν (ἀπὸ οἱ προκόδειλοι) καὶ τοσοῦτοις ἡμέραις ἐκλέπουσι, καὶ τοσούτους χρόνους ἐνιαυτοὺς οἱ μακρόβιοτατοι ζῶντες, ἃ τῶν μέγιστον πρῶτόν ἐστι τοῖς περὶ τὰ οὐράνια πραγματευομένοις. Quemadmodum huc locus theoriam meam de periodo partiali 120 annorum (hanti 𓄿𓏏𓅱𓏛) prosperrime confirmavit, ita ut Isidis-Sothidis lucidum sidus benefiam existimem: ita etiam ille de 25annali cyclo Apidis talis est, cui fidamus, Osiridis-Ammophreos, id est Euergetis, memores. Nam ut Sirius astrum Isidis, ita taurus sacer Apis Osiridis est symbolum. Ex compositione vocum 𓊹𓇋𓊪𓃒𓅓 Osiri-hapu exortum est vocabulum Σέραπις-Serapis.

Duplici hoc numinum Apidis et Osiridis auxilio munitus, accuratiorem antiquitatis chronologiam proponere potui, quam antea a viris doctissimis fieri posse videbatur. Ut ad Apidis cyclum redeam, qui mihi ex professo tractandus est, Lepsius, quā est doctrinā, loci illius Plutarchei haud immemor, reverā viginti quinque annorum cyclum Apidis in Aegypto viguisse arbitratus, vel epochas ejus definire ausus est. Exorsus a papyris Lugdunensibus et Londinensibus Graecis, e quibus redundare videbatur, sonores quosdam dierum vocalis, in Serapeo Memphitano sub rege Ptolemaeo VII Philometore anno 164 ante Chr. nat. luctui (πένθει) de Apide (seu Mneride, seu utroque) officiantes interfuisse, Lepsius epochas ita definivit, ut intra idem saeculum anni 189, 164, 139, 114 epochales Apidis statuerit. Quum quatuor Apidis cycli respondeant saeculo, manifestum est, etiam prius ac posterius easdem epochas obtinuisse, ita ut, exempli gratia, Artaxerxis Ochi Apis in annum 339, contra Hadriani, ob quem seditio Aegyptiorum exorta est, ad annum 136 post Chr. nat. pertineret. Ast mala adversissimaque fortuna inscriptio demotica a Brugsio allata est, ferens: „Anno XIV, qui idem est XI = XV Apidis viventis". Quod datum quum necessario ad Cleopatram III, Euergetis II viduam, et filium ejus Ptolemaeum XI Alexandrum I referretur, Lepsius ipse confessus est, Apidem hunc, anno LIII Euergetis II = 118 fere ante Chr. nat. introductum, propter epocham quae debuit anno 114 intercedere, theoriae suae quam maxime adversari; quare dimisit eam auctor ipse:

„Quodsi igitur hanc ob inscriptionem demoticam series epocharum a me priden constituta corruit, sane etiam spes corruunt, quas pro chronologia Aegypti inde ab Amenophis III temporibus ex Apidum datis concipere fas erat". Non animadvertit vir doctissimus, se sibi maxime adversatum esse. Namque stelä Apidis, cujus textum ipse in libro „Dynastia XXII. etc". in extenso tradidit, disserte affirmat, anno XXXI^mo regis Euergetis II taurum sacrum, in Apieo ipso natum, incipiente mense Thot fuisse inthronizatum. Sed malo corrigendi furore delatus, Lepsius illud datum mutavit in „Thot XXII", atque hoc modo unicus hic taurus, qui pro ejus theoria militare poterat, epochalis esse desiit. At revera dictio generalis „mense Thot", ubi singularis dies expectatur, semper ad primum diem referenda est, quia hic et proximus ei is est, qui aliorum triginta in respectu ad periodum hanti (30 x 11 = 120) vices gerebat. Eodem modo Theon Alexandrinus in computo de Sothidis exorta verbis utitur: τὰς τῶν ἡμερῶν ἀπὸ θὼθ, hosce dies subtrahito a Thoth I", atque multa ejus usûs exempla afferre possem.

Contra Lepsium Johannes de Gumpach iniit certamen singulare in „dissertationibus duabus chronologicis", pag. 70 de spebus desperatis sic ait: „Nolite inquietari hac locutione: spes disquisitionis historicae (et chronologicae) non prorsus pendent ex opinionibus systematicis Lepsii Prof. Berolinensis etc. Quid vir sagacissimus Johannes de Gumpach ipse de Apidei cycli epochis senserit, dignissimum est, cui attendatur. Nam

primus intellexit, Apides in Serapeo conditos non esse epochales, quia unanimis dit traditio, Apides epochales olim a sacerdotibus sacro fonte Nili imersos neque solemni funere elatos fuisse. Deinde, utpote astronomicus, qui vel ad Sinenses calendarii ordinandi gratia postmodo accesserat, Johannes de Gumpach solus vidit, debere epocham Apidei cycli primo diei mensis Thot vagi inhaerere. Denique eo audaciae processit, ut vel initium hujus instituti chronologici computando assequi conaretur. Summa ejus doctrinae haec fere est: Apidum in Serapeo conditorum data in universum spectata, non sunt epochalia. — Incipit novus Apidis cyclus, ubicunque recens conspicienda falcula Lunae apparuit, quia taurus sacer symbolis huc spectantibus sit munitus. — Initium totius instituti coïncidit cum epocha Sothiacae periodi, id est anno 1325 ante Chr. n., ita ut epochae ipsae jubilaeis nostris proleptici 25, 50, 75, 100 etc. respondeant. Qua viri sagacissimi doctrinâ diu me constrictum fuisse confiteor, donec melior et sanior ratio errores ejus me edocuit.

Fieri quidem non potest, ut hoc in libro de Apidis cyclo ex professo fusiusque agam — id quod speciali in opere mox me facturum spero — sed aliqua tamen ex parte theoriam exponere lubet, qua ductus in novas et falsas epochas inciderim. Omnibus in notissimis est, Apidis cyclum constare 25 annis vagis, id est 9125 diebus. Aequi 309 menses lunares quos synodicos vocant, undetricenis diebus cum $12\frac{3}{4}$ horis constantes, sed a tota 9125 dierum summâ, horâ unâ, minutis octo, secundis 33 diversos.

Quae differentia, licet minuma, tamen efficit, ut XXI cyclis peractis jam solidus dies intersit cyclum inter et coelum. Veluti inde ab epocha Rhampsiniti (Ramesis III.: 1325 ante Chr. nat.) usque ad Ptolemaeum Philadelphum: 2775 = XLII cycli evolvuntur spatio 1050 annorum, qui numerus genuinus est tertii tomi Manethonis. Per hoc igitur spatium 1050 annorum cyclus Apidis duobus solidis diebus a coelo, id est, reali neomenia, recessit. Paucis ut absolvam, citaturus sicuti textum Apollinopolitanum (PA 1870 pag. 12 tab. II lin. 97/98: , Sed anno XXX. (Euergetis II) mense Paijni, die nono, festo conjunctionis Osiridis-Luni cum Sole, festum fuit Sextae lunaris mensis Paijni". Hoc datum, quod primo adspectu contradictionem apparentem in se continere ideoque inextricabile esse videtur, attentius inspicienti fit praestantissimum lumen, quo duce ad investigandam cycli Apidei naturam progrediatur.. Nam, si differentia jam sextum diem attingit, institutio haec, sive astronomicam, sive mere calendariam vocare malueris, sex grandioribus illis 521 annorum complexibus, id est 6×21=126 cyclis Apidis sive 3150 annis prius facta sit oportet, aut ad illud temporis punctum computata. Longius ab instituto devocarer, si hoc loci probare vellem, in cyclo Apidis totum Aegyptiorum systema quoad Deorum et Semideorum XVIII periodos Sothiacas et Manium (Nemrôr-urvagan Armenio Eusebii interpreti) et specialiter Bytis mei praehistorici continere, ita ut hinc quoque adminicula suppeditentur.

Qua ratione ad hanc metam pervenerim, breviter expositurus sum. Quum inter omnes constaret, 309 menses lunares synodicos aequales esse 25 annis vagis sive 9125 diebus, primum disquirendum mihi fuit, quaenam scala menses pleni et cavi, quales apud Graecos Iudaeosque occurrunt, ab Aegyptiis constituti fuissent in calendario lunari. Reputato, annum vagum inter et annum lunarem undecim dies interesse (365 − 354 = 11) vicies quinquies sumptos dies 275 effici, hos pro scala 5 : 4 divisi, ita ut quinque pleni, quatuor cavi menses existerent. Ergo fuerunt per totum annum 155 pleni, 154 cavi menses. Sed quum (5 × 30 =) 150 et (4 × 29 =) 116 dantur 266 dies efficerent, novem illi dies, quae ex summa 275 adhuc deerant, in novem menses cavos distribuendi erant, ita ut 164 pleni (= 164 × 30 = 4920) et 145 cavi (145 × 29 = 4205) evaderent, quorum utrorumque summa est 9125.

Porro, ut ne signatura singulorum annorum mutaretur neu turbida redderetur, 309 neomeniae (unde sextae etc. pendent) ita erant constituendae, ut sua cuique sedes obveniret. Hoc modo, quum omnino 365 sedes existarent et ex iis per periodum tantum 309 occuparentur, 56 vacuae esse oportebat. Ex iis tertia et quinta Epagomenarum, quae apud Coptos quoque ἀποφράδες, id est, dies nefasti habentur, Typhoni et Nephthyi obveniunt. Ille ὁ ἐν τῷ κενεῷ πνεύματα δεινὸς, ἀόρατος, πανταχοῦ, (Rap. Lugdun. gnost.) haec apud Plutarchum Tedenti, τὰ ἔσχατα μέρη τῆς ὕλης (I. Osir. c. 59: τὸν Τυφῶνα τῇ Νεφθυῒ συνοικεῖν ὁρῶσιν ὁμοῦ) ita ut consociatio hujus paris in matrimonio ex calendario fluxisse videatur.

Exstat apud eundem Plutarchum (c. 12) mythus ille notissimus de Rheae per Solem maledictione, ut neque mense neque anno pareret, quare Mercurium (Tehutin) cum Luna aleis lusisse et tantum ab ea abstulisse ut quinque Epagomenas exinde formaret. Hanc fabulam omnino comprobant legendae monumentales documentalesque. Simile quid de Phoenicis aliis ex Arabia in Aegyptum advolatis fabulae innuunt, quod ut omnibus notissimum silentio hic praetereundum esse existimo. Ex his luce clarius apparet, omnino mythos chronologicos Aegypto tanquam patriâ primitivâ, oriundos esse. Adjunctarus sunt Epagomenarum et Phoenicis fabulae tertiam, omnibus notam, sed lususque a nemine recognitam: quinquaginta Danaïdum dico.

Audiamus primo Plutarchum c. 30 haecce tradentem: Φέρονται δὲ καὶ οἱ Πυθαγορικοὶ τὸν Τυφῶνα δαιμονικὴν ἠγούμενοι φύσιν λέγουσι μὲν, ἐν ἀρτίῳ μέτρῳ ἕκτῳ καὶ πεντηκοστῷ γεγονέναι Τυφῶνα ..... τὸν δὲ ἑκκαιπεντηκοστημόριον Τυφῶνος, ὃς Εὔδοξος ὑποτίθεται. Sane, nulla alia ratione quam ex calendario lunari et cyclo Apidis haec Typhonis cum numero 56 consociatio explicatur. Ipse est dux et princeps τοῦ κεκεοῦ id est sedis vacuae, quâ nulla medimnia locum habere poterat, ejus „satellites", praeter Nephthyn conjugem, tam constanter cum eo memorantur, ut inuma quaedam iis cum eo familiaritas intercessisse videatur: sunt quatuor sedes vacuae, quinque primis diebus mensium ultimae detrimenide obviae. Quae cribra restant, aperta sunt quinquaginta Danaïdum.

Apidis cyclus, institutio vere sublimis, quamvis vitio laborans, tam Aegyptiorum ingenio in virtutem mutato - quippe qui debiter adversa fronte quid deleat semper confitealur et aliquando se solaturum esse testetur - a Ptolemaeo Claudio cum Sothiaca periodo conjuncta est, ita ut maximus ille 36,525 annorum cyclus evaderet. Cujus summae quam Manetho Diis Semideis Manibusque majorem partem: 24,925 annos attribuerit, manifestum est, ex ejus sententia 11,600 annos hominibus obvenire. Menes proto monarcha incipit ano 4157 ante Chr. nat. Finis ergo totius periodi ano 7443 post Chr. nat. praesumendus erit.

Ad Ptolemaeum Claudium redeo, de quo Syncellus noster sic habet: Γίγνεται δὲ ὅμως καὶ Πτολεμαῖον τὸν Κλαύδιον τοὺς προλεγομένους πάντας τῆς διοικουμένης διὰ κεʹ ἐσπερίδων ψηφίσεσθαι νεκύων, ὡς τοῦ Αἰγυπτιακοῦ ἔτους (τοῦ καὶ ἡλιακοῦ·) διὰ φυλῆς ἑνὸς ἀποκαθισταμένου .... (p. 97 ; cf. p. 389): τὰς μέντοι ἀπὸ τῆς τελευτῆς Ἀλεξάνδρου ψηφοφορίας τῶν διοικούντων ὁ αὐτὸς φιλόσοφος Πτολεμαῖος ὁ Κλαύδιος ἐν προλεγομένοις κανόσιν ἑνὸς ἑκάστου περιόδου, ἥτοι ἀποκαταστάσεως Αἰγυπτιακοῦ ἑνὸς ἔτους ἐξέθετο. Posuit hic 1476 annos, nempe ut divisor 25 in 1461 quadraret atque moras superesset, unde nova apocatastasis originem duceret.

Sed satis superque de theoria Apidei cycli a me disputatum esse vel benevolentissimus lector cogitabit, licet haud obtitus, quaecunque attuli, nova prorsus et inexaudita esse. Jam ad practica quae vocant exempla transeundum mihi est, in quibus tritissimum istud „hic Rhodus, hic salta" valet.

Ab Hadriano fiat initium, de quo Spartianus c. 12 haec fere tradit: „Compositis in Britannia rebus, transgressus in Galliam, Alexandrina seditione turbatus (est), quae nata est ob Apin: qui quum repertus esset post multos annos, turbas inter populos (Memphitanum et Alexandrinum) creavit, apud quem (atrium?) deberet locari omnibus studiose certantibus." Quum anus post Chr. nat. 121 respondeat omnibus conditionibus, epochalis fuerit necesse est. Apin hunc sacerdotis Heter (ḥatpe) opera inventum esse, qui anno VII imperatoris Hadriani major septuagenario obiit, ex ejus sarcophago jamdudum enucleaveram. Accedit quod in ejus papyro funebri (papp. Bulag. N°3 pl. 7 coll. hic occurrit passus: , conversatur anima tua cum scriptis regii scribae utilis principisque Amenhotep". Et hic Amenophis idem cum auctore colossorum Amenophis III, erectore templi Kaka, et primo introductore Apidei cultus in Serapeo Memphitano, unde praeter nomen Amenophis, quod a patre ei inhaesisse videtur, etiam Si-Hapu, filius Apidis" audiit, ob epocham. Idem Hui vocabatur atque haec fuit ansa introducendi ejus in Exodi Historiam, quam Manetho contexerat, seriores deprava verunt, uti in sequenti parte fusius demonstrabitur.

Sequatur jam Apis Augusteus. In dissertatione mea „Inscripth. aegyptoaramaea" ex pap. demot. Savilliens. eruveram annum XXII. Augusti, cui nomen chronologicum  παπαμαχε ὁ τῆς ἐκπλυσώσεως, eique respondentem annum V. Hapoxiri dispic) et an. VI sacrae raceae  , id

est: „altricæ dei s. Apidis, cui nomen proprium erat „fortis brachio". Jam vero datum hoc anni XXII ab Idibus Martiis an. XLIV ante Chr. natum supremendiem est, ita ut sacræ vaccæ recte sextus et tauri exceptionaliter Hapidis vocati quintus responderet. Epocham ergo hic taurus, unum tantum annum in throno degens, anni XXIX ante Chr. nat. designat. Neque erat, cur Dümichen Eduardi Naville opinionem impugnaret, asseverantis, Cleopatram Caesarionemque exteriores parietis templi Apollinopolitani sculpturas addidisse. Duobus his litigantibus (cf. PA 1871 April. et Duemichen „Oases desertæ libyci" p. 27) - nam et Ptolemaeus XI Alexander I Cleopatraque III ibidem constructiones erexerant - tertius gaudens accedam licet, utpote qui eandem vaccam (tab. VI et XII apud Dümichen) ibi deprehenderim, cujus vitulus seu infans „nerher" notus dicitur esse „Hapys". Num forte amabilissimi collegae chronologicis indiciis unquam attendent?

Tertius Apis est Euergetis II anno CXXXIX ante Chr. nat. primo die mensis Thot ille quidem inthronizatus, sed nihilominus pseudoëpochalis, quippe qui distantiam quidem 25 annorum inde ab anno CLXIV sub Ptol. Philometore observet, sed irreptitius sit vocandus, ideoque ejus epocha a Cleopatra III et Ptol. XI Alexandro I neglecta et despecta fuit, uti jam supra vidimus.

Quartus Apis statur is, qui anno XXXI Ptolemaei II Philadelphi ter occurrit in inscriptionibus Serapei demolitis  „anno XXXIII Ptol. Philadelphi) qui est tertius Happydis viventis" (Brug. gr. dem. tab. IV, 2; in contextu pag. 201 citatur inscriptio duplex, aequationem XXXI = I continens).

Quum inter omnes constet, Philadelphum a patre Ptolemaeo I) Sotere
anno CCLXXXV regnum accepisse, vel hinc inde concludere possit, annum
Philadelphi XXXI coïncidere cum anno CCLIV ante Chr. nat., atque hunc
quoque Apidem, cujus mater Chennit appellabatur, epochalem fuisse.

Quintus Apis a Diodoro memoratur hisce verbis: Μετὰ γὰρ τὴν Ἀ-
λεξάνδρου τελευτὴν, Πτολεμαῖον τοῦ Λάγου βασιλεύσαντος τῆς Αἰγύπτου,
ἔτυχεν ἐν Μέμφει τελευτήσας ὁ Ἄπις γήρᾳ. Siquidem Apis hic senio
confectus obiit, extremum vitae stadium ideoque epocham attingere debuit,
quae quum ex testimoniis antea a me allatis anno CCCIV ante Chr. nat. com-
prehendatur, quam bene omnia cohaereant, nemo non intelliget.
Sane haud absque deliriis quibusdam fore putandum est, si Artaxerxis
Ochi, Darii, Cambysis Psametichi I et dyn. XXII, praecipue Sesonchis IV
Apides producantur, quorum ultimus certe epocham attigit, quum inde
ab anno XII usque ad an. XXXVII hujus regis thronum obtinuerit. Sed ad ul-
teriora festinandum. Quare annos epochales post Chr. nat. 21, 46, 71,
96 – ante Chr. nat. 4, 29, 54, 79 enumerasse sufficiat, quia quatuor
cyclis Apideis saeculum efficientibus, iidem semper recurrunt numeri
finales, dummodo antiquioribus aevis idem Apidis systema obtinuerit.

Quod facile nobis persuadebitur. Nam hujus institutionis ea est
natura atque ratio, ut non nisi exceptionaliter, veluti sub innovatore Ea-
rgete II) a regula desciscum fuerit. – Nil moror quidem Apides octo, qui
Ramesse II Sesostride regnante obierunt, sed magis in unum anni XXIII incumbo.

Exstat pretiosissima Apidis stela apud Aug. Mariette (Serap. tab. XV) cujus in altera et tertia parte conspicitur Apis, anno XXX Ramessis II mortuus, non occisus. Huic duo dignitarii varias curant caerimonias, quas hoc loci persequi longum et supervacaneum est, quia Apis hic certe non fuit epochalis. At par taurorum sacrorum, in frontispicio primae partis conspicuorum, vel maximi est momenti, quia, si quando alias, hic de epochâ agitur. Totam scenam delineatione obumbrare libet:

Habemus hic aperte symetricam repraesentationem: una ex parte, quae in sensu monumenti sinistra est, cubat Mnevis, sub nomine 𓇋𓏏𓄿𓅱 Mer-ur id est μέδων ὅλων (cf. ulla atramentum), discum solarem inter cornua cum scarabaeo exhibens. Ex altera parte, quae, ut dextra monumenti, principalis est habenda, Apis (Hapi) cubat sine disco, nisi forte cornuum adparatio lunae primam phasin 𓇼 innuit, uraeo e cornu prominente.

Quid sibi velit inscriptio, haud ita difficile est assecutu; dicit enim textus: Anno XXIII summo mane primi mensis Thot diei, sub regno Osymandyae Ramessis-Miamunis, hoc die excessit majestas Mnevidis – hoc die excessit majestas Apidis ad regionem transscendentalem (𓊹𓏏𓊃𓇋𓂋𓏏𓄿). Quo textu nil possit excogitari compendiosius et instructionis plenius. Nam quaecunque ad theoriam cycli Apidis pertinent, hic quasi in nuce praebentur.

Neque audiendus est Aug. Mariette, dicens, an. XXVI, duos Apides et intra epocham mortuos hic occurrere, quae monumentalis repraesentationis depravationes merito cuiquam conjecturam injiciant, eum ne oculos quidem effigies et legendas inspexisse.

Tria sunt, quae monumento hoc praestantissimo authentice docemur: Primum, id quod maximi est momenti, Apidem et Mneviden, sicuti epocha advenisset, simul sacro fonte esse submersos. Euphemice quidem dicitur  exire, excedere (e vita) sed aliunde scimus, ubicunque sacrum taurum cum epocha evanuisse mysterioso quodam modo. Quam dissertus contra est textus eadem in tabula conspicuus, qui de Mauro Hapu anno XXX ejusdem regis Ramessis Sesostridis naturali sorte mortuo abrepti agit! Describuntur accurate caerimoniae per septuaginta dies observari consuetae, quibus imbalsamatio sive mumificatio absolvebatur. Nihil narratur supra, ubi par taurorum vere epochalium simpliciter „excessisse" dicitur, quae concinnitas apud Romanos quoque adhiberi solebat, quotiescunque mors seu caedes violenta foret patrata. Sed taurorum sacrorum occisio non ex crudelitate Aegyptiorum originem traxit, sed fluxit ex theoria astronomica: simulatque tempus praestitutum — hinc oraculum Apidis — exspirasset, symbolo quoque vivendi ☥ cycli viginti quinque annorum e vita discedendum erat. Quemadmodum nostrates usurpant locutionem: „In's Meer der Ewigkeit gerflossen", sic apud Aegyptios taurorum submersio solemnis fuit.

Altera eaque haud minoris momenti sequela e dato praecipio deducitur. Sane, si quis theoretice doctrinam de cyclo Apidis exponere praeoptasset, accuratiorem non inveniisset definitionem. Scilicet Aegyptii diem civilem a Solis ortu incipiebant, atque ad eandem epocham cycli astronomici ut referrentur, ratiocinatio poscebat. Quare valeat dies VI mensis Pharmenoth, quem Lepsius epochalem reddere conatus, ab Johanne de Gumpach merito (pag. 27) explosus est. Cum enim annus vagus incipiat a primo die mensis Thot, ad eandem epocham semper recurrendum erat, si novus cyclus instaret. Simile quid de neomeniis, Sothis etc. dicendum est. Veluti in tectibus templi Apollinopolitani primus Brugschius cyclum τῆς ἐπιφανείας deprehendit in formula [hieroglyphs] anni XXV. Alias invenitur scriptum aenigmatice [hieroglyphs] XXV (verbi gratia in pylone) non puerili scribarum lusu, ut Dümichen opinatur, sed quia scitissimi sacerdotes hac scribendi ratione indicare subtrosa volebant, numerum viginti quinque annorum „ter divinum" [hieroglyphs] haberi debere, quod hoc ex Apidis cyclo revera bona chronologiae pars pendebat! Quod ad Sothes attinet, viginti quinque anni inter añ. X Euergetis et añ. X Philopatoris intercedentes, revera a Sexta in Sextam numerantur, ita ut bis diei septimo mensis Epiphi haec lunaris signatura obveniret. Cyclus meus ostendit, Euergetis I añ. X revera XIV. esse cyli Apidis, quippe qui anno CCLIV ante Chr. nat. occeperit.

Tertium idque gravissimum corollarium ex Apidis stela Serapensi deducitur: absolutum datum. Nam si annus XXIII Ramessis II Sesostridis epocham denotat, quae nonnisi ano 1554 ante Chr. nat. convenire potest, revera hic rex parietarius, quemadmodum et ex Phoenice ani LII et ex Sothidis apparitione supra demonstravi, ano 1577 thronum adscenderit oportet, quum 1577–23 aequivaleat ani. 1554, quem Apidis Mnevidisque epocham fuisse satis superque probatum est, saltem sapienti cuilibet.
Hinc haudita difficile est deducta, quonam anno Exodus filiorum Israëlis statuenda sit. Illi jam saepius animadvertendum proposui, Ramessis II Sesostridis regnum fuit sexaginta sex annorum, mensium duorum. Ergo obiit ano ante Chr. nat $\frac{1511}{1510}$. Cui successit Menephthas filius, cui idem Manetho undeviginti annos cum dimidio attribuit. Quare si hujus catastrophe coincidit cum Exodo, hunc habuerit ano $\frac{1492}{1491}$ necesse est, quo nos jam antea multa vestigia duxerunt. Non exigui momenti est summa 480 annorum, quam in libro Regum Exodum inter et templi structionem intercessisse legimus. Sive hic numerus Salomonis tempore ipsius in textum receptus est, sane ne utpote connubio cum aula Pharaonica conjunctus, accurata inde ea re notionem accipere potuit. Sive ad Septuaginta interpretes haec notitia respicere videtur – eja! Manethonis aequales ii fuerunt, quibus recta et fide dignissima temporum computatio tribuatur.

# Exodi Primordia.

## I Pharaoh Pherôs-Menoptah.

Quonam Aegyptiorum rege throno obtinente filiorum Israëlis Exodus facta sit, non solum hodie quaeritur, sed antiquitus rerum historicarum perscrutatores imprimis exercuit. Veluti Syncellus pag. 99 haec habet: Ἐπειδὴ δὲ τῶν ἀπὸ Μεσορέως Αἰγυπτιακῶν ἐτῶν οἱ χρόνοι ἕως Νεκτανάβου χρειώδεις συγχέονται ἐν πολλοῖς τοῖς περὶ τὰς χρονικὰς καταγομένους ζητήσεις, ἀνάγκη δὲ παρὰ Μανεθῶ λαμβάνεσθαι τοῖς ἐκλαμβανομένοις ἱστορικοῖς διαφερομένους καθά τε τὰς προσηγορίας καὶ τὴν ποσότητα τῶν χρόνων τῆς βασιλείας ἐκτίθεται, ἐπί τινος τε αὐτῶν Ἰωσὴφ ἡγεμόνευσε τῆς Αἰγύπτου καὶ μετ' αὐτὸν ὁ νεότερος Μωϋσῆς τῆς τοῦ Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου πορείας ἡγήσατο, ἀναγκαῖον ἡγησάμην κ.τ.λ.

Ne nimis diu vagemur, Josephus Flavius in libro contra Apionem (I 26) Manethonis de leprosorum expulsione narrationem servavit, cujus haec fere est summa: Amenophin (lege Menophthem) cupisse deorum conspectorem (θεόπτης) fieri, quemadmodum Horus rex ante eum fuisset (Sequitur jam historiola de homonymo Amenophi, idest, Hui).

Ab hoc consilium esse ei suggestum, ut totam Aegyptum leprosorum hac liberaret; hunc cum voti compotem fore. Pharaonem probato (Huius) consilio imperasse, ut, quidquid leprâ laboraret vel aliâ immunditie foedaretur, in lapicidinas ad orientem Nili sitas tanquam in ergastula conjiceretur. Sed temporis decursu ab iis ducem fuisse electum, unum e sacerdotibus Heliopolitanis, cui nomen fuerit Osarsyphus. Cui quum sacramento sese obstrinxissent, eum legislatorem iis extitisse ... Regem autem Amenophin nuntio de leprosorum pastorumque exercitu accepto, filium Sethon (Sethosin II) amico credidisse, ipsum se in Aethiopiam recepisse, unde post XIII annos magna cum militum manu contra leprosos pastoresque profectus sit, eosque atroci pugna devictos ad fines usque Syriae expulisse. Osarsyphon autem illum, qui legislator iis extiterit, etiam Moysen vocatum fuisse. (Mitto episodon de Havari urbe, ut non genuinam).

Sane erat, cur Flavius Josephus contra hunc farraginem acerbe inveheretur. Nam omnibus ex partibus critices aculeis aditum praebet. Neque magis solidum, quod Josephus ipse, Artapanum aliosque Judaeorum scriptores secutus, de Pastorum (Hyque-sicôs) cum Ebraeis identitate hallucinatus est. Nobis jam omnia dilucida fiunt, utpote quaris, Manethonis Aegyptii narrationem primitus fuisse speciosiorem quam veriorem, nempe ut clades Pharaonis quodammodo legeretur et invito Menophtha profecti Ebraei, ob lepram ejecti esse viderentur.

Id quod maximum est, tenetur: Per totam Pharaonum aciem nusquam duos invenies continuos reges, quibus nomina Menophthas, Syro apud Widemannum Amiphthalis, Africano Queroθ, Artapano Tabnuris et Sethôs nisi quarta et quintâ sede dynastiae XIX. Quare ulteriore aliorum refutatione „omnes securi" jam supersedere possumus.

Monumenta Menophthae Pharaonis (qui absurdo institutionis Ba-n-ra = Regûs et Bóuχoris!) quam plurima exstant neque verum est, quod Brugsius in „historia sua Aegyptiaca" asseruit, varietatem quandam deprehendi, ubi Menophthas thronum ascenderit. Vir sagacissimus Chabas in „historia dyn. XIX." contra hanc opinionem multa exempla in medium protulit, demonstrantia, Menophthae regnum quam firmissimis usque ad Syriam pertinentibus praesidiis gavisum.

Age pergamus in Serapeum, ubi prima ejus apparent vestigia. In tab. 21 Aug. Mariette stelam curavit depingendam, in qua sacer taurus Apis conspicitur, cui ex adverso figura „regis filii Menoptah" effictae est, his cum titulis: [hieroglyphs] „regius scriba heres, praefectus militum veteranorum, regis filius praelatus Mer(i)nuptah". Dextra ejus tenet insigne [hieroglyph] cum fascia vel scipione seu sceptro, sinistra in signum adorationis parvulum elevatur. Determinativum [hieroglyph] post nomen proprium designat judicem, ut qui dona accipere videtur (cf. Diod. I 48 ult. et stelam juridicam Antiquarii Londinensis). Maxime vero uraeus in fronte adorantis dignus est, qui notetur: nam qui

hoc insigne regium probat, Menophthum hunc temporis jam fuisse cum patre Ramesse II Sesostride regni participem. Simile quid in statua Musei Berolinensis exstat, quam Menophthas usurpaverat enim primitus Amenemhae III dyn. XII.): in hac videmus filium Pharaonis Exodi, et ipsum Menophthum vocatum, cum patre Menophtha deo Sutech sitantem, qui humano (id quod rarissimum!) capite effictus est, cornibus animalis typhonii pro galea prominentibus ש. Jamhic quis meminerit versûs Exod. XII 29: „Percussit Dominus omne primogenitum in terra Aegypti, a primogenito Pharaonis, in solio (ejus) sedentis (non „sessuro“). Sane participium יֹשֵׁב potest pertinere ad „Pharaonis“, ut antithesin efficiat cum, captivâ (XI 5 ancillae) quae est in domo cavernae (var. pone molam trusatilem)“. Neque vero minus certum est, hunc temporis, ut in dynastia XII, eum morem viguisse, ut filii primogeniti („heredes“ 𓉐) a patribus in societatem regni adsciscerentur.

Omnino Menophthum, quoad Ramesses II Sesostris inter vivos morabatur, fratris natu majoris Chamoas, anno LV mortui, munera in se recepisse, luculenter docemur monumentis. Concinnitatis causa Augusti Mariette verba huc spectantia citemus: „L'un mourut alors que le prince Ménephtah qui devait plus tard remplacer son père Ramsès II, avait succédé à son (frère aîné) Schа-em-djom (lege Chamoas) dans le gouvernement de Memphis“ (Athenaeum francogall. 1855 p. 86). Caeterum tabula quoque officialis ut ita dicam, Menophthum immediatum Sesostridis successorem exhibet.

Primis regni ejus annis bellum illud exarsit, quod populi aliquot maris mediterranei accolae contra Menophtham moverunt. Extat textus hac de re bene ab eo gesta in muro Thebano 77 columnarum, quem abhinc duodecim annos in PO primus verti. Paucis ut hic absolvam, populorum nomina propositurus sum: 1. Lebu, duces belli confoederatorum, aperte = Λίβυες Libyes, unde Africae vetustior denominatio Λιβύη Libya. 2. Schardana = Σαρδανοί, Sardinii (Hesychios Σαρδάν, phoenic. שַׁרְדָּן. 3. Schakalasch = Σικελός Siculus (cf. Σίλιφος apud Syncellum cum aphaeresi primae syllabae Σεν. Jh. Leku Lucani / bos Lucae = elephantus apud Livium, quia Pyrrhus rex e Lucania cum elephantis advenerat). 5. Tiirscha = Τύρσεις Τυρσηνοί Tirsce, Etrusci. 6. Oaschasch = Ὄσκος Oscus (cf. Jacobi Baldeji carmina „lingua osca"). 7. Aqaiwasch = Ἀχαιός Achivus.

Contra hanc nominum confrontationem, quam in Programmate Gymnasii Maximiliani (eodem tempore ac Derungatus in Periodico archaeologico) proposueram, aliquot annis post Brugsius prorsus aliam opposuit, nomina haec ad Colchorum tribus, in Libyen transductas, referens. Doleo, quod aequalis mea עֲרֵל = qerena (cum determinativo phalli 𓂸) quam sibi vindicare videtur, ansam ei praebuerit dum praeponere de hac populorum serie judicandi. Neque Unger audiendus est, qui in „Chronologia Manethonis" p. 218 Claudii Ptolemaei Χαρταιοί cum 𓇋𓂋𓏏𓊪 Schardana confert. Neque enim unquam 𓎛 in 𓐍 transit, sed semper vice versâ.

Praeter hunc textum prosaicum, in quo characteristicum id videatur, quod Menophthas media nocte per somnium a patrono Ptah admoneatur, ut ne ipse contra hostes proficiscatur, sed bellum per legatos gerat, exstat textus poëticus, eandem materiem tractans, in pap. Anastasi II p. I-VII, rubricis distinctus, quem ibidem in P0 verti. Victoria de confoederatis ab eo parta ita canitur, ut populorum devictorum vara in gurgite vasto vidantia appareant nomina. — Aeque pap. Anastasi III laudibus effert Menophthum. Ut pauca tantum e tanta profusione excerpam, affero pag. VII lin. 2: Ba-en-ra Meriamun id est: Pherõs Miamun est navis princeps · exercitus (𓂋𓏏𓈖𓊹𓏏𓊹 apud 𓇋𓂝𓄿) contentiosus (𓈖𓈖𓈖) clava (𓋴𓅱𓊪𓂋𓏏𓊹𓏏𓊹𓈖𓈖𓈖𓏏𓊹𓏏𓊹

Neque post obitum ejus - qualiscunque fuit, sive in mari rubro fluxu abreptum Menophthem, seu aliâ ratione violentâ mortium statuerit - memoriâ Aegyptiorum gratâ carnit. Museum Borély (Massiliae) servat monumentum lapideum, frustum quidem, sed quoad textum concomitantem satis integrum, quod vir diligentissimus colligendi: Eduardus Naville in PA 1879 publici juris fecit. Ipse quidem de rege Seta dynastiae VI interpretatur; sed spero eum ad meam explicationem mox transiturum esse. - E vestigiis apparet, statuam regis sedentis in superiore monumenti parte caelatam fuisse, cujus solum, pedes supersunt. Ante statuam regis erectam et in pyramide stantem (his ) in genua prolabuntur, scriba mensae regiae Amenvahsu et soror ejus sacerdotissa Amonis Hontutebu". Ex variante scriptione hujus nominis:  et aliis quibusdam symptomatibus verisimillimum reddidit, hoc monumentum demum inde a XX. dynastia positum esse. Textus ipse ab Eduardo Naville totus translatus est; summa ejus est haec:

„Adoratio Osiridi, προσκύνησις statuae regis Menophthae, facta a scriba mensae regiae Amenvahsu. Dicit: „Reliquicunque homines Aegyptii venturi sunt ad libandum hoc loco; date (dic) panes, effundite aquam coram statua horum hac, ut et vobis detur panis Hephaestiei, libatio et offa in Heliopoli et sepulchrum in parte occidentali (Amenti) Memphis".

Similiter soror loquitur: „Adoratio Osiridi, προσκύνησις Themidi, Solis filiae, ut dent acceptionem panum apparentium super mensâ dominorum aeternitatis!

Detur mihi panis (ex) Hephaestico, libatio et offa (exe) Heliopoli, nempe personae rou scribae mensae regiae Amenvahsu (sic cupit) soror ejus quam amat, domina domûs, sacerdotissa (cantatrix) Amonis domini thronorum utriusque terrae: Hontutebu". Textus transversalis peculiaria quaedam adjungit: „Oblatio orthodoxa Osiridi domino aeternitatis, Isidi magnae, deae matrique, ut dent durationem bonam rempque omnem quae continet sufficientiam ppp purge, atque ut statua haec maneat coram ipsis". Hic igitur Menephtah Hori vices gerit et cum Osiride Isideque triadem efficit. Alter tractus sic habet „Oblatio orthodoxa Osiridi domino Amenthis, Ptah (et) Socari principi aeternitatis, dent panes potiones boves anseres resque omnes bonas purasque etc. Hic quoque Menophthas cum Osiride et Ptah-Socari triadem efficit, quia ulterius par nominum arctissime jungitur, ita ut in unum confluat.

Id quod maximum est, jam videamus. Scriptio [illegible] tut eorum statua, simulacrum bis occurrit, quinquies autem [illegible], quae ad aenigmaticen respicit, uti supra [illegible], quia saepe pro figura [illegible] linea | interventit, cujus [illegible] est aequivalens phonelicum. Ter conspicitur [illegible] statua Menophthae. Quod si quis dubitationi indulserit, moneo, in collectione Parisina simile Menophthae commemorativum monumentum exstare. Anno 1864, quum in transepto, intranti a laeva, scalam portatilem adhiberem, ut propius inspicere possem, imminenti periculo fragoris edili deterritus, quamquam amicissimus mihi Rever. Anglus Basil. Cooper pro viribili parte scalam fulciret, infecta re descendi. Neque vero dubium, quin hoc quoque Menophthae admoneat.

# III. Moses et Aharon rebellantes.

Proxime jam supra demonstravi, Moses dignum magistratûs gradum adeptus est cum titulo: „regius filius Aethiopiae Musae ὁ τῶν δυναστειῶν, probatus (δοκιμασθεὶς) a terra meridionali". Neque differre ab hoc protocollo, quod ei Ramesse II Sesostride regnante obvenerat, alterum paulo succinctius:  „regius filius Aethiopiae βασιλικογεγραμμενὸς Musae", quod Menophtha regnante assumpsit, facile quis sibi persuaserit, quum titulus Διοσπόλεως vicem gerat epitheti τῶν τῶν δυναστειῶν. Sed quod praedicatur „probatus a terra meridionali", vere unica est exceptio regulae. Hinc pellucidius fit encomium, Exod. XI 3 ei collatum: „Fuitque Moses vir magnus valde in terra Aegypti, coram servis Pharaonis et omni populo". Quid tanta honoratum dignitate virum, ut contra Pharaonem aperte rebellaret, moverit, jam videamus.

Duae erant causae, cur Moses, adhuc pharaonicae membrum, utpote in familiam regiam adoptatus, populares suos ad rebellionem et defectionem excitaret. Una, eaque maxima, ob religionem degeneratam, jam multo ante tempore Aegyptios diviserat. Ut taceam de antiquissimo illo rege:  Ἀγαθόδαιμος (unde Ἀπαθόδαιμος, quia avus ejus  Ratatefaudicerat), qui ob epocham anno 3285 ante Chr. nat. Σέσχωσις (dicaearcho Σεσόγχωσις) appellabatur, quique nomen suum annulo signatorio non inclusisse

videtur – formulas eius proverbiales memorat Pap. Anastasi I ad Mosi penitus cognitas – quis ignoret regis Hyqschōs Apophis cum Diospolitæ Soeconi (Segeni-ra) epistolare comercium, in quo de deo Amone-Ra tanquam antitalanto dei Bualis-Sutech tractatur? Porro, Manethonis de leprosorum expulsione narratio perspicue tradit, regem Horum peculiare quid sibi proposuisse, quum Θεόπης dicatur. Exstant plures eius repraesentationes, neque Birchio, Musei britannici praeposito, neque Guilelmo Mayero (in PA 1878) intellectae, quae ad Memphin Serapeumque spectant. In his rex Horus nomen suum annulo signatorio non inclusit, ideoque – sed perperam – potestate regia exutus viris his doctissimis videbatur. At contra se habet res: Horus hac forma nil aliud quaerebat, quam ut deo Horo, tertiae sacrosanctae triadis personae, similis evaderet. Namque Horus deus fere 𓅃 scribitur, demotice ⲥⲟⲩ = 𓅃 omisso divinitatis 𓏏 signo (quia her-superus cum 𓏏 conjunctum tautologiam efficeret) atque solo dominationis symbolo 𓌙 interdum addito.

Sed Thebis quoque rex Horus peculiare quid tentavit anno tertio regni sui, siculi ex sculptura cameræ sepulchralis (Qurnae exstantis) apparet. Hanc Brugsius in collect. tab. XXXVII proposuit cum hoc textu: „Tableau historique daté de l'an 3 du pharaon Horus (1476–1464 av. J. (Chr.) de la XVIII ème dynastie (relega ad Histoire d'Égypte I 124) que nous avons découvert au milieu des sculptures d'une chambre funéraire de Qurna". Historicus quidem textus, sed non ad politicam, sed ad religionem spectat.

„Anno II majestatis regis Ra-sor-cheperu setep-en-Ra (praenomen Hori est) tunc majestas ejus apparuit, Soli similis, ex palatio suo vitae tranquillae, postquam facta est oblatio fanum patri Amoni, propter apparitionem patris ab eo ex sala aurea (catacombae): Jubili cantusque circulabant in terra tota; exclamatio tetigit coelum. Designatus est pater divinus Neferhotepu, ad accipiendos favores ex parte regis: centum myriadas rerum omnium, argenti, auri, vestimenti, unguentorum, panum, potionum (carnium, liberum). Imperavit Dominus meus Amon, ut darem favores in praesentiam eorum per Serkebum (Horus Ursa) qui satisfacit cordi Amonis-Neferhotepu. Is ait: Multae sunt res, qui scit dare eas, Deus est, rex deorum (Hyperborei!), qui agnoscit agnoscentem se, qui remunerator sequentem sibi, qui tuetur sequentem se: ipse est Sol, corpus ejus est Discus solaris, ipse est praesens in aeternum."

Ex ultima hujus panegyrici parte jam enitet Reactio, quae contra Horum ejusque cultum Amonicum pedetentim seculura erat: Amenophis IV dico, qui Amoni tam severus persecutor exstitit, ut non solum nomen suum proprium Amenhotep (IV) mutaret in Chuenaten ( ) „Appreciator Disci solaris", sed etiam Amonis legendam in cunctis monumentis publicis privatisque evadendam curaret. Dynastia XVIII Manethonis majore ex parte discolatria fuit. — In dyn. XIX, ut singula tantum stringam, Ramesses II Sesostris templum condidit suo ex nomine „Ramses" appellatum, in quo cum diis solaribus Heliopolcos triadem constituit — fuit detectum grande saxum hac cum repraesentatione a Francogallis apud canalem referem et locum Abu-Keschek dictum —

saepenumero virus se „deum magnum" Nutin-aā sivil cognominari, unde ultima pars vocabuli Novyus-rovā-s exorta est, et in universum ipse suam apotheosin dictasse dicendus est. – Neque haud multum ab ejus elogiis differunt, quae scripta (exempli gratia pap. Anastasi III) in laudem Menophthae profudit, a me abhinc duodecim annos in PO versa. – Quodsi igitur Moses contra talem superbiam apotheoseos mortalium virorum declamavit, non tam Aegyptiorum religioni, sed abusui rei divinae adversarius exstitit.

Altera dissensionis causa erat politica. Scilicet Menophthas rex, patris exemplum secutus, qui Ebraeorum incrementum infantibus in aquam conjectis reprimere studuerat, duris laboribus idem assecuturam se confidebat. Quarta hujus partis sectio notis Ebraeos molem structurarum vehentes ob oculos sistet; hoc loci de muneribus gentis hujus peregrinae vexationibus agendum est, quibus operum praefecti exactoresque populi succrescentem turbam minuere et ad humiliorem statum redigere jubebantur. Praestantissimum ejus rei exemplum affert pars aversa pap. Anastasi III. Data occurrentia memorant ān. I et III Menophthae et urbem Ramses. Paginae duae, in dorso pagg. 5 et 6 obviae, duodevicenis lineis constant, quas sub titulo „Diarium" 1867 in PO verti explicavique. In his non minus quindecim nominibus semiticis et loca quaedam occurrunt, quae denominationem a Pharaone Menophtha duxerunt. Quorum quae ad geographiam pertinent, in sectione VI tractabuntur; quae vero personas denotant, hoc loci non nisi cumulatim indico, quia exinde patet, multos Semitas tunc temporis in Delta fuisse.

In verso pag.4 exstant tredecim scribarum nomina: Amunemheb; Meremapti; Sarpiah; Achpet; Sebakemheb; Penamun; Chansu filius Sanehemi; Kiari filius Achpet; Chansu filius Chaumapt; Padjaiseni, (Habellser?); Enmai, filius Piahemvaa; Pakamin, filius Pakhotep; Sebaknecht. Nil adscriptum iis, nisi linea, qualis in computationibus obvia est, excepto Sebaknecht, qui titulatur [illegible] „Superior custodiae." Qui titulus quum in Verso pag. 3 recurrat, ubi epistola in Verso pag. 1 inchoata finitur, manifestum est, hunc Sebaknechtum epistolae aut scriptorem aut receptorem esse. Altera suppositio praeferenda sit, analysis totius textûs (proh dolor multilissimi) mox nos edocuerit. Initium et finis satis liquent, sed lin. 4, 5, 6 lacunis vitiant. [„Superior custodiae] qui recipit tributa ad implendum penum (usecht) palatii regis – vivat sanus salvusque! – adfert praeposito domus Pachâli." Est quod sedes Pharaonis v.s.s bene se habet (𓉐𓏏𓏏𓏏), mi domine: operae numerosi sunt in operando (faciendo) zamalnas (sem.) [illegible] figura grandior) exteriores Pharaonis us. ad centum myriadas annorum [illegible] Agit (Pharao) diem natalem [illegible] in medio comitum suorum. Est nulla [remissio laborum] in domo regis, secundum praeceptum elapsum [illegible] super linguam tuam, nempe verbo [illegible] dictante: „O! fac restaurationem (cor facere morori renovare), non relaxentur luxuriantes!" Ego sum in [jam sequitur longior lacuna, quae desinit in: [illegible], ergo supplendum erit: „Ego sum in providendo, ut perficiant labores suos quotidie" ut obsequar tibi praecipienti mihi; J,

ad [operas] domûs regiae, i m i s c e t e [iis atque dic: nolite audire vocem] rov̄ producentis labium inferius suum! nolite sedere ad custodiendos pedes binos fratrum duorum [rebellantium]! Isti extollunt capita [sua quoti]die, ut faciant recalcitrare vos. Nolite advertere et audire orationem rov̄ Levi, rov̄ magi (gazeo) istius corrumpentis ore [suo – sed peragite labores praescriptos (nBa) sub brachio flabelliferi magnic, rov̄ domini mei". Iteravi [illegible] dicens ea verba ad τὴν ἐνλήν (illegible) τῶν ἐννέα: „O! date muratorem unum domûs superioris [ad operarios] domini mei anteriores: muratores VI, ô murator hic: ad: fabros lignarios!" Mandasti (tappo) quoque personae rov̄ Kazin [illegible], non relaxare eos ab operando: [illegible], sed dare muralionem muri (sic!) rov̄ domini mei, magis [illegible] quam antea ita ut murent in summa VIII, qui pleni sunt manu (id est, sedulo operantur) (Verso pag. 3) Summa muratorum XII. Similiter homines (plebeji) sunt in fingendo lateres in suis tesseris (Bux); adducuntur ad laborandum ex domicilliis suis; sunt in faciendo ipsorum numerum laterum quotidie: non sino eos relaxari ab operando in domo novâ. Hoc modo obeditum est missioni factae a domino meo [Superior custodiae Sebaknechts]"

Hoc textu, licet frusto, multa tamen huc facientia praeberi, nemo non videt. Ne multus fiam, relego lectorem ad Exod. cap I 14; V 11–23 etc., ubi Ebraeorum vexationes in exstruendis molibus et fingendis lateribus fideliter narrantur. Quod ad paleam [illegible] dehau roq, solum fragmentulum 2 Sap. Anast. V

quod sufficiat exhibet: „Non adsunt homines ad fingendos lateres [image_ref id="1" box="0.571,0.169,0.599,0.189]
TWBT-dob Americae! [image_ref id="2" box="0.366,0.203,0.599,0.224] non paleae adductae
ex regione". Praeterea exstant lectiõs eadem de re multo explicitiores.

At, inquies, hoc in textu non est sermo de Ebraeis, sed de hominibus a-
nonymis, qui operandi causa servorum ritu adducuntur et a custodibus
assidue ut laborent, impelluntur! Sane, id ipsum Ebraeis factum esse no-
vimus. Priusquam certius quidquam hac in difficillima quaestione statu-
atur, explorandum est, num revera duo fratres: Moses et Aharon, hic de-
scribantur, ad quorum pedes populus, labore suspenso, sedisse dicantur.

Diu me haesitasse confiteor, utpote in documento tam arduo tam facili. Sed
vicit affirmatio, postquam effigies Mosis in stelulâ nostrâ (cf. frontispicium)
viam mihi monstravit. Hac duce signa hieratica forsan consulto delicta
hunc in modum transscribere ausus sum: [image_ref id="3" box="0.396,0.561,0.599,0.582]
[image_ref id="4" box="0.126,0.611,0.599,0.636] „polite audire vocem soũ producentis labium suum
inferius!" Primum animadvertas, allusionem ad nomen proprium Mosis
[image_ref id="5" box="0.126,0.661,0.599,0.682] Mosche', quale exstat in textu ebraïco, et vox coptica [image_ref id="6" box="0.126,0.661,0.599,0.682] pro-
ficisci confirmatur, haud dubie hic praeberi. Deinde signa [image_ref id="7" box="0.126,0.661,0.599,0.682] seu [image_ref id="8" box="0.126,0.661,0.599,0.682], sequen-
ti determinativo [image_ref id="9" box="0.126,0.661,0.599,0.682], non nisi de labio [image_ref id="10" box="0.126,0.661,0.599,0.682] accipi possunt. Deni-
que vox [image_ref id="11" box="0.126,0.661,0.599,0.682] cheri [image_ref id="12" box="0.126,0.661,0.599,0.682] infra, praefixo n reddidit adjectiva = „inferius".

Confirmatur haec mea explicatio iis, quae illico sequuntur: [image_ref id="13" box="0.126,0.661,0.599,0.682]
[image_ref id="14" box="0.126,0.661,0.599,0.682] „sitis non sedentes ad custodiendos pedes binos fra-
trum duorum!" Similis locutio saepissime occurrit. Veluti in hasta regis Pianchi,

a me jampridem verso col. 3  magistratus et majores domuum sunt quasi canes in custodiendis pedibus ejus (cf. Τέφναχτις-Σοτφανάφης-Τέχναις-Πτέφανος). Etiam in novo Testamento haec loquendi ratio usurpatur; veluti Paulus praedicat (Actt. XXII, 3) se nutritum esse (doctrina legis) ad pedes (secus pedes) Gamalielis".

Venio nunc ad passum, qui distincte ad Levin referendus est:  Nolite advenlare et audire orationem τοῦ Levi, τοῦ magi istius corrumpentis ore (cf. MENNH corrumpere vitiare). Omnia hujus phraseos verba sunt plana perspicuaque neque, quin sensus a me elicitus sit genuinus, in dubitationem queat revocari. Assumatur is quoque passus qui modo explicatum antecedit  Isti duo extollunt capita sua quotidie, ad faciendum recalcitrare vos (aut ipsos)". Equidem censeo, neminem Aegyptologorum lacunis hujus passus aliter mederi posse.

Quae si ita se habent, exstat documentale de Mosis Aharonisque contra Pharaonem rebellione argumentum, quo vix ullum aliud certius desiderari queat. Neque possumus quin de textu biblico recordemur, Exod. V, 4 sic ferente: „Ait ad eos rex Aegypti: Quare Moses Aharonque sollicitatis (cessare facitis) populum ab operibus suis? Ite ad onera vestra!" Quo tempore haec gesta sint, haud ita liquet. Equidem suspicor, textum nunc in Verso pap. Anast. III, utpote a seriore manu quam diarium, exaratum, post sextum Menophthae regnale annum in dorso encomii scriptum esse.

# III. Huis scriba consiliariusque.

Saepenumero hoc in opere meo mentio injecta est Huis scribae, qui Mosis secretarius atque, ut ipse dissertius asseverat, interpretis munere fungebatur, utpote utriusque linguae, et ebraicae et aegyptiacae, peritus. Sane operae pretium foret, papyrum Anastasi I, Mosis Huisque commune opus, denuo vertere et explicare, postquam capita hucusque tractata novam prorsus et inexhaustam alluvere materiem. Ad proverbii memor: „ne bis in idem", lectorem ablegatum velim ad priorem illam versionem, quae Appendicis loco ad calcem libri mei „Moses Ebraeus" impressa exstat. Deliciae meherele! suavae essent, coram discipulis scisciandi cupidis Itinerarium illud antiquissimum viva voce exponere. Quis autem id fieri posse praesumserit recordatus, et me de obtinenda ordinarii cathedra unanimem repulsam tulisse, et ex altera parte paucitatem tantum juvenilem his studiis vacare? Valeat ergo Huis redactoris opusculum, donec consules, ne quid detrimenti capiat res publica litteraria, provideant, atque juventus ad meliores reditura fruges resipiscat.

Praeter alios eosque copiosos Huis scribae titulos supra enumeratos, unus prae caeteris ut ratio sui habeatur postulat: Quemadmodum Huis Mosen in Serapeum usque ad sarcophagum principis regisque filii Chamoas (cf. p. IX) secutus est, ita etiam postea similis ei sors cecidit.

Meminerit lector benevolus, pag. 16 ex ostraco Caillaud peculiaria quaedam ad Huis seriorem dignitatem spectantia a me esse allata. Totum passum, utpote hoc loci vel maximi ponderis, hieratice reproducere lubet.



„Scriptum per athlophorum (a) regis dextrâ, praepositum urbi et orbi nec non oasis oleïferae: inscribam Hui: Sane temeraria foret restitutio partis ultimae, nisi suffiiretur textu explicito ex omnibus nominibus absoluto, Canopae dico Monacensis.

Hoc monumentum nunc in Antiquario conservatum, anno 1805 a viro nobilissimo de Oberndorf ad Academiam regiam missum fuit. Effoderant eam Canopam in vico Pürgen prope Landisbergam ad Lycum, e coemeterio, ut videtur, publico medii aevi symptomata prodenti. Quaenam via ex Aegypto huc delata sit, longius est quam ut hoc loci disquiratur. Sufficiat asseverasse, jam materie hoc monumentulum tanquam genuinum comendari. Nam in consessu societatis anthropologicae, mense Martio, hoc anno, Prof. Dr. Zittel alabastriten aragoniten eam recognovit. Et autem ejus inscriptio haecce: „Dicit Isis: amplexa sunt brachia duo mea id quod in te; electa sum praesidium pro Amsethâ Osiriphili, praepositi regionum exterarum oasis oleiferae: Hui(s) justificati". Primo quidem adspectu textus hic nil peculiare videtur praebere. Sed diligentius inquirenti duae occurrunt singularitates, quas in aliis Canoparum textibus frustra investigaveris, titulos duos dico.

In dissertatione academica „Necheposos, Petosiris et Triacontaëteris" p. III novem populos ad Amenophis III (Memnonis) thronum deductos nominatim produxi: Hauvanu (Javanas Ἰάονες), Sika 𓇋𓋴𓈖, plagam australem (Θοάν), Sechet-Am, plagam septentrionalem, Pelashu, 𓆑𓈖𓂋𓏏 Ta-nehu (praeli lapsu Tahennu), Annu-Kenes, Menti Asid, id est, nomades Asiae. Ex tota serici dispositione apparet, septimum populum aquilonem versus in deserto habitasse. — Idem populus recentiore scribendi ratione saepius occurrit sub forma 𓂋𓏏𓇋𓈖𓏏𓏏, quam Dümichen „Oases deserti libyci" ut non a se intellectam silentio praeterire maluit, Brugsius autem „Sterin oasin magnam" in 𓇋𓈖 corrigendam censuit, ninivum tropaeis magistri, corrigendo magnam famam adepti, e somno excitatus. Quid correctione sua assecutus sit, non perpendisse videtur, alioquin a textu abstinuisset manum. Vox 𓇋𓈖, addito determinativo 𓏏, altitudinem, copt ϣⲱ, ET-ϬHOT denotat, quae significatio, quamquam regionibus montanis aptissima, tamen ubi de Oasibus agitur, rejicienda est, quia tantummodo depressiora loca aquam et cum ea culturam praebent. Ne multus fiam, lectorem admonitum velim nominis Nehasi (cf. supra sub v. Phinehas), quod modo plena scriptione 𓈖𓄿𓇋𓋴𓏏𓏏, modo 𓈖𓄿𓋴, modo 𓇋𓄿𓋴 exaratum occurrit. Jam, si contuleris scriptiones 𓆑𓈖𓂋𓏏 et 𓂋𓏏𓇋𓈖, eandem radicem NEϬ „oleum" cognoscabis, qua nil magis consentaneum possit excogitari. Itaque terra haec seu potius oasis pertinet ad 𓇋𓈖𓂋𓏏𓏏𓏏𓏏𓏏𓏏𓏏 Sechet-anu, id est, campum palmarum" atque Oasis Jovis Ammonis 𓆑𓈖 re vera, ut Dr. Hillel Ἐνυπνίοις asseverat, vel maxime

oleifera est omnium oasium. Porro, si secum reputaveris, titulum hunc Huius nostri: praepositus regioni exteriore: oasi oleiferae" hucusque in Canopis inexauditum et tantum in ostraco Caillaud cum nomine proprio Hui recurrere, facile tibi persuadebis, ad eandem personam eum pertinere, eo magis, quod scriptio vetustior et stylus artis Canopae Monachii asservatae aetatem Ramessidarum aperte sapiunt. Denique, quia alicunde (cf. Brugsch. ll.) nobis innotuit, oases Aegyptiis exilii damnatis habitandas cessisse, forsan Huius quoque, licet non exsul, sed praesul ejus oaseos, eorsum allegatus fuit secundum dictamen: promoveatur, ut amoveatur". Nam reverâ cum Pharaonis gratiâ quondam excidisse videtur. Aliud res se habet, Huius per idem tempus, quo Moses Aethiopiae praeerat, quam longissime distans oaseos gubernium exercuisse videtur, ita tamen, ut et haec dignitas ad fastigium magistri quondam sui proxime accederet.

Alter Huius titulus, quem merito insolitum vocites, consistit in signis Pedóbigis vel Osigípidos, quum in universum omnes mortui solummodo „Osiri" seu „Osiriani" titulentur. Nunquam alias autem Pdóbigis vel Osigípidos me deprehendere memini, ubicunque de Canopa, id est, parte mumificationis integranti agitur, qualis Canopa Amsetha, pectora alia ut ita dicam mortui viscera continens, haud dubie habenda est, quamquam temporum temeratorisve injuria jam dudum illa evanuerunt. Qua de singularitate maturius reflecteriti tandem sese obtulit solutio aenigmatis, quam lectoribus discendi cupidis, salvâ meliori, paucis expositurus sum.

In pap. Anastasi I pag. VIII Huius scriba, postquam quattuordecim capita Itinerarii Mosis a se in compendium redacta et selectionem ex iis factam esse dixit, queritur, quod Moses sibi consilium denegaverit, ita ut solus suo capite id oneris subiret. „Per sanctissimum numen Viridis Mendesii et Tehuti (Θωύθ), non vocavi animam cujusquam, ut mihi veniret auxilio". Tum pergit: „Est deus (omiss.) meus Tehuti ut scutum pone me. Per numen roū Ptah, domini justitiae, non neglexi eorum (suorum scriptorum) progressum, haud immemor agendi secundum dicta tua, haec jam vergunt ad realisationem. Quare fac procedens quidque ex ore tuo adversus inimicum quemvis ejus qui sepultus jacet Abydi, in domicilio patris mei! Ego sum filius legitimus ex urbe ejus, qui potitus est sepultura per cognatos in monte necropoleos. Cur (var.: Cur vereris fastidium cordis mei?") fastidit me cor tuum? Ultinam toleres hoc (credo "meum")! Num mentionem fecit quispiam (var.: „tenuerat") verbi maligni, quod ego emisissem contra te? an consilii facetiis similis, quod abiis- set (var.: quo delectantur, audientes volut nugis?") in delectamentum publici? Reiterasti dictum: „Fracte brachium, expers virtutis (Pwbi validus), fac activitatem scribae (justi)!" Tu vocas me, nescium, nescium (sic!)". Num transegi momentum apud te in adulationem tui? An ego contradicentem (Bnq) tibi, altero (te!) me cruciante? Mandata domini cujus nomen est „victoriosus" praevalent (tuis), leges ejus manent (var.: firmae") augustae, ut (leges dei) Tehuti! Ego sum fulcrum familiae (omiss. meae totius.

Hic textus, quo vix ullus difficilior, intricatissimus redditur variantibus lectionibus, quae in ostracis Caillaud et Parisino multae occurrunt. Ut taceam de elisione

phrasium, de permutatione personarum, vel adhibitio epithetorum variali. Quo facto haec inter se possent conciliari? Ostracon Parisinum explicat: datum Pharmuti (mensis) die XIX" admonet similium aliis in papyris occurrentium, quae pueri pensis ludi litterarii apponere solebant! Quae pensa quum a magistris dictarentur, magna lectionum diversitas jam explicatur. Ergo Hucis scribae protestatio contra Moses vituperia publici juris apud Aegyptios facta est! Reverā in pap. Anastasi I 27,9–28,1 proclamat: Responde cito! O confirma ea, quae dixi de Moheritate tua, faciens ego stupescere publicum in nomine tuo (seu potius „titulo") Marina, narrans ego iis exardescentiam tuam." cf. 28,7: „Noli dicere: Foetens reddidisti nomen meum publico universo"! quae locutio admonet verbis Exod. V,21: „Occurrerunt(que) (filii Israēlis magis oneribus pressi) Mosi et Aharoni egredientibus a Pharaone, et dixerunt ad eos: videat Dominus et judicet, quoniam foetere fecistis odorem (famam, nomen) nostrum coram Pharaone et servis ejus et praebuistis ei gladium, ut occideret nos nos!"

Hucis igitur scriba vere litterator, in protestatione superius versa tres mihi notiones videtur urgere: 1. Cultum suum dei Viridis, unde jam titulus ejus Pidósoses (Osirisbedos) in Canopa Monacensi dilucidum redditur. Neque obliviscendum, patri ejus nomen fuisse Ennofrin, cognomen illud Viridis notissimum, unde ambiguitas priorum protestationis phrasium aliquid lucis accipit. —

2. Juvat per deum Tehutin, propter litterarum studium, quibus erat imbutus.

3. Minatur, ut saepius in pap. Anastasi I, se ad superiores et ad regem ipsum provocaturum, ut Mosen accusaret. Quae minae mox successura erant.

Namque, proculi jam supra suspicatus eram, Huius noster is est, qui Pharaoni Menophthae, de Theopsiâ cogitanti, a consiliis fuit, ut leprosorum expulsione Aegyptum mundam diisque gratam redderet. Quae hac de re nunc apud Flav. Josephum ut Manethonis verba legantur, aperte spuria sunt recentiorum commenta. Recte quidem e juniorum cohorte quidam: Adolfus Erman, in PA 1877, pag. 147/48 observavit, Amenophin illum, cognomine Πάανις, eundem esse cum Amenophi, Amenophis III (Memnonis) aequali, qui templum Karnak extruxit, colossos duos „Memnonis" vocatos erexit (quae nobilia Brugsio debetur) cujusque fidmentis in pap. Bulaq. III et alias: „non occidunt dicta ejus, nomen ejus manet in aeternum". Neque vero potuit explicare Erman, qua ratione Amenophis hic Paapis, qui duobus paene saeculis prius sub Amenophi III (Memnone) floruit, ad Exodi Pharaonem consiliarius pervenerit. Paucis explicabimus eum. Protocollum ejus hic est Heres, regius scriba Amenhotepu, cognominatus Hui (et) Si-Hapu". Jam vero Sihapu et Πάανις quoad sensum congruunt, et quum hoc cognomen chronologicum Amenophi-Hui inditum sit ob epocham primi Apis, sub Amenophi III in Serapeo Memphitano condidi (cf. Aug. Mariette), jam perspicuum fit, quare eum Hui scriba nostro commutatus sit. Scripserat enim Manetho (ut ex Theodoreto serm. II de therap. norimus) τὰ περὶ Ἴσιδος (-Σιώθιδος) καὶ Ὀσίριδος-Ἄμωνος τοῦ καὶ Σαράπιδος, καὶ τῶν ἄλλων θεῶν (Ῥύγχος?) τῶν Αἰγυπτίων. En fons commutationis: Hui ille Paapis = „Apideus" locum obtinuit Huii scribae, itidem in Serapeo ad latus Mosis versati, atque hic Pharaoni Menophthae a consiliis fuit.

At male cessisse Hui nostro Mosis Ebraeorumque persecutio videtur. Scribit enim Manetho: τὸν δὲ Ἀμένωφιν (lege Οὖσιν) ἐκεῖνον ... ὑποδεδέναι πρὸς ἄυτὸν τε καὶ τὸν βασιλέα (Μενοφθάν) λόγον τῶν θεῶν, εἰ βιασθέντες ὀφθήσονται. Καὶ προσδέμενον εἰπεῖν, ὅτι συμμαχήσουσί σφισι τοῖς μιαροῖς καὶ τῆς Αἰγύπτου κρατήσουσιν ἐπ' ἔτη δεκατρία· μὴ τολμῆσαι μὲν αὐτὸν εἰπεῖν πᾶσι τῷ βασιλεῖ, γνόντα δὲ καταλιπόντα περὶ πάντων, ἑαυτὸν ἀνελεῖν. Ergo Huius, ut postea Judas, poenitentiae conscientiaeque stimulis agitatus, ipse sibi mortem consivit. Ex contextu, licet manu recentiore defiguruto, id tamen colligendum esse puto, tragicum hunc Huius exitum tredecim ante Exodum annis = 1505 ante Chr. nat. accidisse. Neque tamen, ut etiam Menophthae, memoria ejus Aegyptiis invisa fuisse videtur. Breviter, qua de causa hoc suspicer, exponendum.

Mater ejus erat, ut ipse in pap. Anastasi I 2,2 disserte testatus fuit: Tavesurt (Πολυδάμνα) in districtu deae Berhud (Βηρούθ = Βάαλτις Byblensis), sacerdotissa deae Bastis in urbe Sochot (cf. sect. III Ma-schôta - aqua Sochot = Μεμφις). Atqui conjux Siphthae regis (intrusi paulo post Exodum) eodem nomine Tavesurt praedita fuit. Num Siphthas (Danaos Harmaïs, Δαΐδ Homeri) primitus medicinae sectator, e familia Huis venerabilis visi duxerit filiam seu cognatam?

Pater Huis nostri (cf. pap. Anast. I 2, 1/2 fuit  Ummofer-Abydenus-Justus-Verusque". Constat, Ummofer abiisse apud Graecos in Ἀρνοφις, Ὄρνοφις et vel Ὄφις = Εὐεργέτης. Meminit quodam casu Ste. Onuphrius in foro Monaesensi depictus praeterquam gloriosa, etiam corona insigniter insignis est.

## IV.

# Ebraeorum nomen.

Dramatis personae: Menophthas Pharao, Moses Osarsyphus ejusque frater Levites) Aharon, cum Hui scribâ et Horo artifice, licet efficacissimi fuerint actionis socii, tamen per se non sufficiunt, ut Exodus fieri potuisse exinde praesumatur. Deest adhuc, ut ita dicam, chorus, id est populus liberandorum. Quodnam ei nomen fuisse existumandum est? De Judaeorum vocabulo certe non est cogitandum, quippe quod sero demum, post regni discidium, in notitiam scriptorum venerit. Simile quid quominus de vocabulo Israëlitarum statuamus, impedit constans vocis Israël usus jam ante Exodi tempora, ubicunque de populo designando agitur. Verbi gratia in versu 22. cap. V Exod. legitur: „Dicesque ad eum (Pharaonem): haec dicit Dominus: filius meus primogenitus Israël est. Dixi tibi, dimitte filium meum, ut serviat mihi." Quibus verbis haud ambigue populus Exodi simulque Jacobus patriarcha indigitatur, cujus a cognomine Israëlis universa familia nalioque denominationem duxit. Sed antiquioribus aevis, veluti Abrahamo vivente, aliud prorsus genti nomen obventebat. Quare errant, qui Exod. XII 40: „habitatio autem filiorum Israëlis, quâ manserunt in Aegypto, fuit CDXXX annorum", ad Abrami usque tempora computandi, τὸ πρῶτον Ἑβραῖος et Hygussos eosdem esse, secuti

Ergo solum Ebraeorum nomen remanet, quo nationes exterae ad designandam Semiticam gentem, Aegyptiorum populo alienam, uti esse exspectentur. Re verâ vetustissimum hoc ethnicon jam duobus ante Exodum saeculis occurrit in narratiuncula haud illepida pap. Harris Nro 500 in museo britannico asservati. Primus aversam hujus documenti partem aggressus est Goodwinius Anglus, hieraticae scripturae facile princeps. Is in PA populum ibi reperire sibi visus est, nomine  Jmu designatum, quod cum אֱמִי biblico contulit. Sed recte reposuit Maspero in „Journali asiatico" (1878, Sextili-Septembri) jam de Jmu, sed de Jupu Ἰόππη Jaffa יָפוֹ oppido esse sermonem, a duce Aegyptiorum Jehutio, Thutmosi III regnante, per dolum expugnato. Hanc igitur civitatem, apud quam Moses quoque Moher cum puellula hortum custodienti portentosum quid gesturus erat, Jehutii milites cistis inclusi, velut Trojani equi in habitatores, astucia quadam intraverunt. Priusquam id fieret, legatus quidam exercitûs equestris (bigarum scilicet) equi ut adducerentur (jussit) et pabulum iis praeberi jimperavit  ou bien qu'un Apourou coure etc. Voce  non est simpliciter „currere", sed quemadmodum vomer (cpt. CINE, CHINI, quam vocem anno 1866 cum Duemichenio communicavi) aratrum praecedit, sic quoque CINI valet „praeter) ire, ducere". Ergo Ebraeus ille, ut hodiedum ejus gentis negotiatores equarii solent, equorum agmini adducendo praeerat, sive e terra Joppe accersitus, sive cum Aegyptiis profectus.

Adnotavit Maspero: „C'est dans ce nom (de Apourou) que M. Chabas avait cru devoir reconnaître le nom des Hébreux." Equidem censeo, virum sagacissimum Cavillonensem nunc quoque huic aequationi adhaerere, neque quidquam futilibus argumentis motum esse, quae a Maspero in medium producta sunt, aperit nil esse nisi artificium genus affirmante. Caeterum hac de thesi infra fusius tractabitur.

Chabas igitur primus in opere „Miscellanea aegyptologica" I ex duobus papyris Lugdunensibus ethnicon illud enucleat. In papLugd. I349 a post praeambulum calligraphice exaratum (ut acta officialia solent) scriba quidam Geni-amun salutat superiorem suum: Kazenam Huiin (nostrum!) qui praeerat instituto seu domenio Ramessis II Sesostridis hunc regnantis, atque verbo tenus ita pergit: „Missio haec est adnotificandum domino meo, obeditum esse missioni datae mihi a domino meo, dicente: „Advertito animum tuum (faciem!) hominibus, qui dubii sunt mihi!" Non sum vituperandus domino meo. Altera res. Quod ad equos domini mei, ii bene sunt; ego tribuo eis provisiones (avenae) quotidie. Alia res. Obeditum est missioni factae mihi a domino meo dicente: „Fac des alimenta hominibus militaribus, necnon  Aperu, qui trahunt lapidem ad templum ( lapsu calami pro lepre hodiedum b. urbe) Solis (quod condit) rex Ramesses (II) Miamun v.s.s. a meridie Memphis."

Ex titulo Kazena, quem heic loci Huiis noster gerit, cum maxima verisimilitudine, ad finem regni hujus regis haec spectare, concluseris.

Alterum documentum, et ipsum protocollo regis calligraphico idque duplici introductum, pap. Lugd. I 348 a pag. IV usque ad pag. X epistolare commercium similis naturae Havisarem inter scribam et superiorem eius: Bekenptah scribam (ordinis ola lieris) continet. Quod quum ob geographicas notiones ibi occurrentes in sectione VII ex professo vertatur oporteat, hoc loco solum cum passum excerpturus sum, qui ad Ebraeos spectat. Pag. VI lin. 5-8 exstant haec: „Obedilum est missioni factae a domino meo, dicente: „Fac des alimenta hominibus militaribus nec non [illegible] Apyriu, qui trahunt lapidem ad speculam (lecheñu בְּנוֹת ?ן turris speculatoria) magnam urbis Ramessis (II-Miamun) - v. s. s. ! - qui amans est justitiae, sub directione (מַטֶּה baculus) magnatis rāv Mazaiu (apparitorum) Amenemanis[VI]. Ego tribuo illis alimenta sua quovis mense, secundum praecepta bona, quae dixit mihi dominus meus!

Silentio praetereundum non est, paullo ante de re pecuaria in urbe Sochot [illegible] versanti sermonem fuisse, ita ut specula in colle aedificanda haud dubie ad urbem Ramesses רַעַמְסֵס pertinuisse existumanda sit. Neque deest signum ] post nomen Ebraeorum: Apuiriu, qui sub comma (ut ita dicam) praepositorum e caterva armata rāv Mazaiu lapides ad altitudinem collis, ubi speculatoria turris exstrueretur, (evehere) coacti sunt. Procul dubio in contextu ulteriori agitur de laboribus tunc temporis institutis, ut canalis, et fluvialitis et maritimus (rubrum inter et mediterraneum mare) a Sethoside I inchoatus, a Sesostride continuaretur.

Quidnam contra hanc aequationem populi externi Aperu cum voce עִבְרִי Ebraeus, quam Chabas proposuit, a collegis quibusdam prolatum est? Primus in carceres descendit Devrugatus (Étude sur divers mon. du règne de Toutmès III p. 53), ad nomen duarum urbium 𓊖𓇋𓊪 Aper cum determinatividis 𓊪 et 𓈖 observans, esse עֶפְרָת tribuum Manasse et Benjamin. Id quidem recte se habere potest, quamquam equidem in libro „Notes Ebraeus" p. 2 ad „Peraeam" (majorem) et „Peraeam" (minorem) relegavi, monens, primitivam radicis aper = עבר vim ad דּ עֵבֶר pertinere. Sed Devrugato aliter visum est, in duabus aviculis determinativis „un petit faon de gazelle" conspicienti. At cur nam Aegyptii, delineandi alias haud imperiti, non potius antilopen ipsam ob oculos posuerunt? Haec igitur opinio missa facienda fuit. Nihilo secius eam Brugsius ut cramben recoctam denuo lectoribus obtrudere ausus, in „lexico geographico" p. 114 sic scribit: „𓊖𓇋𓊪 aper représente la transcription très-fidèle de la racine عفر avec le sens: avoir la couleur rougeâtre de la gazelle, du sable (de la poussière)... עֲפַר le petit d'une gazelle, un veau (faon) עֵפֶר nom d'un fils de Midian, עֶפְרָה nom de deux villes (cf. supra)..." Concludit dicens: 𓄿𓂋𓏏 „la Rouge" (cf. ⲥⲟⲩⲛ corona rubra) ce serait en hébreu עֵפֶר, la terre des Erythréens, des Rouges", qui a donné son nom à la mer adjacente". Ipsi potius erubescendum (ἐρυθριάσεον) fuit, talem farraginem proponere. Quid? Aegyptii, qui semel ipsos rubicunda cute praeditos delineavere, populum asiaticum, quales sunt mavis rubri accolae, antithetice sic fecere?

Neque majoris est momenti, quod a Maspero (cf. supra) oppositum est, nempe vocem Aper, ad instar āper, artificum generi designando inservire. Id quidem haud iverim infitias, hoc vocabulo tanquam e genuino Aegyptiorum penu hausto, designari cultiorem supellectilium ornatum. Sed cur non incrustationem intelligamus, qualis Aegypto in notissimis fuit? Ut ad animal cultum redeam, sive antilopen sive pullum cervinum esse statueris, quid impedit, quominus a transsiliendo (περᾶσθαι) deducatur ejus denominatio? Nonne ἄψις a verbo ἅπτω (ex ἄπ-jω) appellatur? Atque ὕβρις superbia, id est ultra justos terminos evagans animus, ita etiam, si transitus respicitur, navigii genus quoddam aper, aut de transfretando (περᾶσθαι - πόρος) aut de incrustando quasi superindumento usurpatum esse videtur. (huc pubis? id) Quod objicitur, Ebraeorum nomen leniore litterā ב b, contra Aperu tenui p- פ scribi, jam Chabas refutavit, allegans cherepu = gladius" — nonne χέρης idem est? — Poterat etiam ad Ἄρουβις provocare et multa alia exempla, quae hic enumerare supervacaneum est. Sane, excepta voce χρόβι falx, in copt. lex. cherepu non occurrit, atque ob hanc rem radix esse videtur importaticia, qualis aperu, quamquam in hac de primitiva introductione cogitandum est. Nam in libro Hambres praeter verbalem notionem , v. de passim occurrit, urbes quoque (col. 9/10 et , cultu Osiridis celebres, viguisse videntur. Notandum quoque, signum proprie ad superindumentum (cf. superhumerale) quoddam respicere.

Unica vox appellativa, a Bruxio comparationis causa producta: απολλε junior „juvencula“, apud Parthicum signo interrogationis seu potius dubitationis munita (?), melius ad animal quoddam a Syria in Aegyptum importatitium referatur: 𓄿𓃀𓄡𓏏 abali „denotat „fortem, robustum“ et fortasse cum radice אָבַר „sursum tendere“ quodammodo cohaerd. Occurret nobis iterum in denominatione Bir-abil, eodem loco, quo Josephus Accorsónodir et Sethosis triumphus 𓊪𓃀𓄿 „Leonis stationem“ offert. Caeterum אַבִּיר „fortis, equus, taurus“, nihil aliud quam metatheticus bos: אָבֶל. Nam in pap. Anastasi IV 17,9 memorantur: (equi et boves boni de terra 𓊪𓏏𓃀𓄿 Senugar (שְׁנְעָר), juvenci 𓄿𓃀𓄡𓏏 abali-u primae qualitatis de terra Cheta, vaccae (κω q vaginae!) de terra 𓄿𓃀𓊪 Arusa sive Asur“, quae vox similem metathesin alquet אַרְיֵה, passa esse videtur. Quodsi revera de rubore cogitandum esset, cur Bruxius non provocavit ad εβρος elephas sive „elephantiasis“ (morbus)? Sane hujus vocis origo haud ita liquet; caeterum constat, iisdem vocibus diversa designari animalia, veluti Vulpilas adhibet „ulbandus“ pro „camelus“, et germanicum „vulfs“ (lupus λύκος) nil nisi „vulpes“, „blau“ nostratium aperte = „flavus“. Multo majoris momenti, quam haec ex vocis cognatione desumta, est objectio, etiam post Exodum in Aegypto nobis occurrere illos Aperu. Veluti in pap. Harris grandiori, sub Rhampsinito (Ramesse III), memorantur 𓀀𓀁𓀂𓀃𓀄𓀅𓀆𓀇𓀈𓀉𓀊𓀋𓀌𓀍𓀎𓀏𓀐𓀑𓀒𓀓𓀔𓀕𓀖𓀗𓀘𓀙𓀚𓀛𓀜𓀝𓀞𓀟𓀠𓀡𓀢𓀣𓀤𓀥𓀦𓀧𓀨𓀩𓀪𓀫𓀬𓀭𓀮𓀯𓀰𓀱𓀲𓀳𓀴𓀵𓀶𓀷𓀸𓀹𓀺𓀻𓀼𓀽𓀾𓀿𓁀𓁁𓁂𓁃𓁄𓁅𓁆𓁇𓁈𓁉𓁊𓁋𓁌𓁍𓁎𓁏𓁐𓁑𓁒𓁓𓁔𓁕𓁖𓁗𓁘𓁙𓁚𓁛𓁜𓁝𓁞𓁟𓁠𓁡𓁢𓁣𓁤𓁥𓁦𓁧𓁨𓁩𓁪𓁫𓁬𓁭𓁮𓁯𓁰𓁱𓁲𓁳𓁴𓁵𓁶𓁷𓁸𓁹𓁺𓁻𓁼𓁽𓁾𓁿𓂀𓂁𓂂𓂃𓂄𓂅𓂆𓂇𓂈𓂉𓂊𓂋𓂌𓂍𓂎𓂏𓂐𓂑𓂒𓂓𓂔𓂕𓂖𓂗𓂘𓂙𓂚𓂛𓂜𓂝𓂞𓂟𓂠𓂡𓂢𓂣𓂤𓂥𓂦𓂧𓂨𓂩𓂪𓂫𓂬𓂭𓂮𓂯𓂰𓂱𓂲𓂳𓂴𓂵𓂶𓂷𓂸𓂹𓂺𓂻𓂼𓂽𓂾𓂿𓃀𓃁𓃂𓃃𓃄𓃅𓃆𓃇𓃈𓃉𓃊𓃋𓃌𓃍𓃎𓃏𓃐𓃑𓃒𓃓𓃔𓃕𓃖𓃗𓃘𓃙𓃚𓃛𓃜𓃝𓃞𓃟𓃠𓃡𓃢𓃣𓃤𓃥𓃦𓃧𓃨𓃩𓃪𓃫𓃬𓃭𓃮𓃯𓃰𓃱𓃲𓃳𓃴𓃵𓃶𓃷𓃸𓃹𓃺𓃻𓃼𓃽𓃾𓃿𓄀𓄁𓄂𓄃𓄄𓄅𓄆𓄇𓄈𓄉𓄊𓄋𓄌𓄍𓄎𓄏𓄐𓄑𓄒𓄓𓄔𓄕𓄖𓄗𓄘𓄙𓄚𓄛𓄜𓄝𓄞𓄟𓄠𓄡𓄢𓄣𓄤𓄥𓄦𓄧𓄨𓄩𓄪𓄫𓄬𓄭𓄮𓄯𓄰𓄱𓄲𓄳𓄴𓄵𓄶𓄷𓄸𓄹𓄺𓄻𓄼𓄽𓄾𓄿𓅀𓅁𓅂𓅃𓅄𓅅𓅆𓅇𓅈𓅉𓅊𓅋𓅌𓅍𓅎𓅏𓅐𓅑𓅒𓅓𓅔𓅕𓅖𓅗𓅘𓅙𓅚𓅛𓅜𓅝𓅞𓅟𓅠𓅡𓅢𓅣𓅤𓅥𓅦𓅧𓅨𓅩𓅪𓅫𓅬𓅭𓅮𓅯𓅰𓅱𓅲𓅳𓅴𓅵𓅶𓅷𓅸𓅹𓅺𓅻𓅼𓅽𓅾𓅿𓆀𓆁𓆂𓆃𓆄𓆅𓆆𓆇𓆈𓆉𓆊𓆋𓆌𓆍𓆎𓆏𓆐𓆑𓆒𓆓𓆔𓆕𓆖𓆗𓆘𓆙𓆚𓆛𓆜𓆝𓆞𓆟𓆠𓆡𓆢𓆣𓆤𓆥𓆦𓆧𓆨𓆩𓆪𓆫𓆬𓆭𓆮𓆯𓆰𓆱𓆲𓆳𓆴𓆵𓆶𓆷𓆸𓆹𓆺𓆻𓆼𓆽𓆾𓆿𓇀𓇁𓇂𓇃𓇄𓇅𓇆𓇇𓇈𓇉𓇊𓇋𓇌𓇍𓇎𓇏𓇐𓇑𓇒𓇓𓇔𓇕𓇖𓇗𓇘𓇙𓇚𓇛𓇜𓇝𓇞𓇟𓇠𓇡𓇢𓇣𓇤𓇥𓇦𓇧𓇨𓇩𓇪𓇫𓇬𓇭𓇮𓇯𓇰𓇱𓇲𓇳𓇴𓇵𓇶𓇷𓇸𓇹𓇺𓇻𓇼𓇽𓇾𓇿𓈀𓈁𓈂𓈃𓈄𓈅𓈆𓈇𓈈𓈉𓈊𓈋𓈌𓈍𓈎𓈏𓈐𓈑𓈒𓈓𓈔𓈕𓈖𓈗𓈘𓈙𓈚𓈛𓈜𓈝𓈞𓈟𓈠𓈡𓈢𓈣𓈤𓈥𓈦𓈧𓈨𓈩𓈪𓈫𓈬𓈭𓈮𓈯𓈰𓈱𓈲𓈳𓈴𓈵𓈶𓈷𓈸𓈹𓈺𓈻𓈼𓈽𓈾𓈿𓉀𓉁𓉂𓉃𓉄𓉅𓉆𓉇𓉈𓉉𓉊𓉋𓉌𓉍𓉎𓉏𓉐𓉑𓉒𓉓𓉔𓉕𓉖𓉗𓉘𓉙𓉚𓉛𓉜𓉝𓉞𓉟𓉠𓉡𓉢𓉣𓉤𓉥𓉦𓉧𓉨𓉩𓉪𓉫𓉬𓉭𓉮𓉯𓉰𓉱𓉲𓉳𓉴𓉵𓉶𓉷𓉸𓉹𓉺𓉻𓉼𓉽𓉾𓉿𓊀𓊁𓊂𓊃𓊄𓊅𓊆𓊇𓊈𓊉𓊊𓊋𓊌𓊍𓊎𓊏𓊐𓊑𓊒𓊓𓊔𓊕𓊖𓊗𓊘𓊙𓊚𓊛𓊜𓊝𓊞𓊟𓊠𓊡𓊢𓊣𓊤𓊥𓊦𓊧𓊨𓊩𓊪𓊫𓊬𓊭𓊮𓊯𓊰𓊱𓊲𓊳𓊴𓊵𓊶𓊷𓊸𓊹𓊺𓊻𓊼𓊽𓊾𓊿𓋀𓋁𓋂𓋃𓋄𓋅𓋆𓋇𓋈𓋉𓋊𓋋𓋌𓋍𓋎𓋏𓋐𓋑𓋒𓋓𓋔𓋕𓋖𓋗𓋘𓋙𓋚𓋛𓋜𓋝𓋞𓋟𓋠𓋡𓋢𓋣𓋤𓋥𓋦𓋧𓋨𓋩𓋪𓋫𓋬𓋭𓋮𓋯𓋰𓋱𓋲𓋳𓋴𓋵𓋶𓋷𓋸𓋹𓋺𓋻𓋼𓋽𓋾𓋿𓌀𓌁𓌂𓌃𓌄𓌅𓌆𓌇𓌈𓌉𓌊𓌋𓌌𓌍𓌎𓌏𓌐𓌑𓌒𓌓𓌔𓌕𓌖𓌗𓌘𓌙𓌚𓌛𓌜𓌝𓌞𓌟𓌠𓌡𓌢𓌣𓌤𓌥𓌦𓌧𓌨𓌩𓌪𓌫𓌬𓌭𓌮𓌯𓌰𓌱𓌲𓌳𓌴𓌵𓌶𓌷𓌸𓌹𓌺𓌻𓌼𓌽𓌾𓌿𓍀𓍁𓍂𓍃𓍄𓍅𓍆𓍇𓍈𓍉𓍊𓍋𓍌𓍍𓍎𓍏𓍐𓍑𓍒𓍓𓍔𓍕𓍖𓍗𓍘𓍙𓍚𓍛𓍜𓍝𓍞𓍟𓍠𓍡𓍢𓍣𓍤𓍥𓍦𓍧𓍨𓍩𓍪𓍫𓍬𓍭𓍮𓍯𓍰𓍱𓍲𓍳𓍴𓍵𓍶𓍷𓍸𓍹𓍺𓍻𓍼𓍽𓍾𓍿𓎀𓎁𓎂𓎃𓎄𓎅𓎆𓎇𓎈𓎉𓎊𓎋𓎌𓎍𓎎𓎏𓎐𓎑𓎒𓎓𓎔𓎕𓎖𓎗𓎘𓎙𓎚𓎛𓎜𓎝𓎞𓎟𓎠𓎡𓎢𓎣𓎤𓎥𓎦𓎧𓎨𓎩𓎪𓎫𓎬𓎭𓎮𓎯𓎰𓎱𓎲𓎳𓎴𓎵𓎶𓎷𓎸𓎹𓎺𓎻𓎼𓎽𓎾𓎿𓏀𓏁𓏂𓏃𓏄𓏅𓏆𓏇𓏈𓏉𓏊𓏋𓏌𓏍𓏎𓏏𓏐𓏑𓏒𓏓𓏔𓏕𓏖𓏗𓏘𓏙𓏚𓏛𓏜𓏝𓏞𓏟𓏠𓏡𓏢𓏣𓏤𓏥𓏦𓏧𓏨𓏩𓏪𓏫𓏬𓏭𓏮𓏯𓏰𓏱𓏲𓏳𓏴𓏵𓏶𓏷𓏸𓏹𓏺𓏻𓏼𓏽𓏾𓏿 „ductores, magnatum filii, Marinae, Aperiu: homines reside

in sede hac (de Heliopoli agitur) MMXCIII". Ergo 2093 ex Ebraeis, si vox 𓊪𓄿𓇋𓇋 sol circumsedere, solle hospitari, peregrinari, deversari, habitare, praegnanti sensu = residem, relictum esse" sumatur, Heliopoli in urbe sedes erant, postquam populares eorum Exodum fecere. Qui captus vel in favorem militat opinionis, quam Chabas primus emisit, non cunctos Ebraeos Mosis evocationi praesto fuisse, sed multos ex iis remansisse. Eorum in locum substituerunt se alii, non Ebraei; nam Exod. XII 38 legitur „Sed et vulgus promiscuum innumerabile ascendit (𓂋𓏏𓄿𓄿𓇋𓈖𓊪𓇋𓈖𓏏𓊪𓇋𓈖) cum iis".

In pap. Lee-Rollin idem Chabas (pap. mag. Harris p. 170) alium passum huc spectantem primus accessibilem reddidit. Dictum enim ibi in 4 exstat, Penhuibanem, gregum curatorem, aditum secretum ad penetrale palatii (ejusdem) regis sibi patefecisse 𓂋𓏏𓄿𓄿𓇋𓈖𓊪𓇋𓈖𓏏𓊪𓇋𓈖𓏏𓊪𓇋𓈖𓏏

# V.
# Exodi Theatrum.

Quamnam Aegypti plagam incoluerint Ebraei, virorum ingenia doctissimorum inire jamdudum exercuit quaestio. Ne nullius fiam, unius Jablonskii sententiam citasse sufficiat, multis rationibus Pagûm esse Gosen probare conati. Sane, si hortus Aegypti, qualis ille Moeridis lacu intermittenti terrae tractus fuit reddituo, si fluminis irrigatio spectetur, qua [hieroglyphs] Pajuma" = ꝛ Vidaeus, ut Arabum bakr de Nilo quoque usurpatur – vel [hieroglyphs] ta-n-sche = terra lacustris" omnium Aegypti provinciarum feracissima evasit, nulla facile alia potuit eligi, in quam melius quadraret Pharaonis dictum: „Terra Aegyptus in conspectu tuo est, cujus in optima parte fac considere patrem tuum et fratres tuos: considento in provincia Gosen, et si nosti in eis esse viros industrios, constituito eos magistros pecorum meorum" (Genes. 47, 6).

Sed Exodi conditiones, quominus ad Moeridis lacum, in occidentali Nili derivatione, Ebraeos consedisse statuamus, vehementer impediunt. Imo ad orientalem Nili derivationem, canalem dico, qui Lepsius recte animadvertit, omnes suadent nobis rationes, Exodi theatrum ut sistamus. Qui canalis aquam iis praebebat potoriam, qui ad rubrum versus mare tendebant, atque revera nullibi legimus, ab Ebraeis egredientibus fas Nilum vel Nili brachium fuisse transitum. Ergo per vallem Tumilat exierint oportet.

Contra hanc meam thesin pugnare videtur, quod Brugsius, geographiae veteris Aegypti facile princeps, in novissima sua „de Exodo" lucubratione centrum actionis (ut ita dicam) aquilonem versus protrudit, ita ut Tanis urbs tanquam focus appareat, unde Ebraeorum turba, non minus sexcentis millibus virorum, ad oram maris mediterranei sese applicans, Exodum usque ad Casium montem continuaverit. Haec sententia, ab inclytiorum Aegyptiago profecta, ne flocci fiat, vetant quaedam Veteris Testamenti loca, quibus Tanis urbs revera ut Exodi πέδιον repraesentatur. Non moror Num. XIII 23: „Ascenderuntque meridiem versus et venerunt in Hebron, ubi erant Achiman et Sisai et Tholmai, filii Enagis; nam Hebron septem annis ante Tanin urbem Aegypti condita est" – quia haec de duarum urbium antiquitate notitia non ad Exodum, sed potius ad Hycussos reges pertinere videtur, qui revera Tani in urbe imperium late vagans exercebant. Majoris est momenti, quod Psalmista LXXVIII 12, 43 haecce habet: „Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti, in campo Taneos" – „Sicut posuit in Aegypto signa sua et prodigia sua in campo Taneos". Aequi, campus Taneos שְׂדֵה־צֹעַן exacte respondet aegyptiacae compositioni 𓇋𓈖𓊪𓏏 Sochot Zānit, unde ϩΑΝΗ, Τάνις, Tanis, Tán. Porro invenit Brugsius monumentum, in quo aperte dictum est, templum a rege Ramesse II Sesostride ibidem conditum fuisse. Sed quominus ei obtemperemus, illico hinc Ramessen, urbem Exodi, cum Tani eandem esse colligenti, nullae et gravissimae impediunt rationes.

Primum, major numerus urbium exstabat, a Ramesse II Sesostride conditarum: in Nubia, in occidentali Deltae parte, hodie dum Remsis; tertia sit suburbium Taneos, quarta eaque nobis convenientissima, in valle Abattelhopoli derivanti sita; quinta in Syria; sexta ad sinum Aelanitem etc. ita ut facile duodenaria, uti postea ab Alexandro Macedone, eponymorum urbium copia emergat. Accedit quod Septuaginta interpretes Ramessen urbem, contra textum ebraïcum, augmenti gratia et elucidationis accuratius definierunt appositio nem הָאֹן, de cujus sensu genuino sectio VII nos docebit. Denique non praecedit Exodus qua debet via, sicubi cum Brugio Tani ex urbe Ebraeos profectos esse censueris. Age, jam singula rideamus.

Post Pseudo-Ramessen Bruscius statuit aequationem 𓊪𓏏𓈖𓊃 quae urbs, quemadmodum Tanis quoque, signo 𓊃 determinatur, unde semitica earum urbium origo vel populatio probabilis redditur. Equidem, qui Succoth cum 𓊪𓏏𓈖𓊃 Sochet conferre ausim, voces illas zan 𓊃 et dhekel ad radices סנן pellere, abire, discedere, satan servus, שָׂטָן applicare se ad aliquem — et ad v. תָּכַן „oppressio" r. תָּכַךְ referendas esse censeo, ita ut primitus Tanis et Dhekel urbes „servorum" et „oppressorum" fuerint. Meminerit lector urbis Pirzonolóyas ad extremos fines Palaestinam versus sitae et Arisch hodie audi) et prope Tanin fuisse canalem vel torrentem 𓈖𓏏𓊪 Nahar (nachal) Nehas·t, unde urbs originem traxit — cujus nomen a Bruscio ter. geog. p. 357 non explicatum est, excepto initiali vocabulo נַחַל torrens — mecum consentiet, suspicandi, urbibus his duabus signum 𓊃 obscurus inditum esse.

Tertiam Exodi stationem מִתְקָה LXX Νο-υ- Σίφα etc. Bruxius cum monumentali scriptione ⲙⲉⲑⲕⲁ chetem-מִתְקָה ⲙⲱⲁⲙ, ⲙⲱⲧⲉⲙ, ⲙⲩⲁⲙ etc. claudere, sigillum conferh qua comparatione nil potest esse infelicius. Quid? Ebraei, quibus eadem radix chatham, quae Aegyptiis, suppeteret, in scribenda stationis nomine aphaeresi sunt usi? Vix credibile, neque erat, cur in Masperonem invehereter, quod thesibus suis detitam, ut putat, attentionem denegasset. Num Bruxius in toto de Exodo volumine aut mei aut Aprii mentionem injecit? Minime, sed quasi re integra novâ grassatur viâ, in desertum et in desolationem Aegyptologicam ducenti.
Nam quid fecit Bruxius stationi Pihachiroth? Equidem heic loci viro Anglo cessetim, in PA 1874 p. 153 sic effato (Rev. Jos. P. Thompson Berolini):
„From Migdol (de qua statione postharc dicio erit) Dr Brugsch follows the course indicated by Schleiden (quem Bruxius, ut caeteros, silentio praeterit) along the sandy and marshy strip that lay between the Mediterranean and lake Sirbonis... The first difficulty that meets us as to this route is the absence of any motive for taking it. From Egypt to Syria there was a well-built road that ran south of Sirbonis, avoiding the dangers of that foggy tract; by taking this way, Moses if pursued could have turned off southward into a wilderness with which he was familiar, and where he had friendly relations with the Midianites; and it is scarcely credible that he would have taken the risk of the treacherous coast-line, which after two days would bring him out again upon this same highway, where the Egyptians could head him off!

Pergit criticus: „Again, it is equally incredible that the Egyptians should have followed him into this well-known bog. That Artaxerxes and other invaders of Egypt should have suffered heavy losses there, is credible enough (Diodor. I, 30; XVI, 46) – comparetur Cambysis in deserto obrutus sabulis exercitus – but the Egyptian Generals knew perfectly the characteristics of Sirbonis; they relied upon this in part as a defence of their frontier, while for strategic purposes they had built a road south of it, so as to avoid its dangers; and it is not credible that they would have taken the risk of marching around the narrow northern edge of the bog, liable at any time to be flooded, when (whereas?) by marching on the highway they could have headed Moses and compelled him either to fight, to surrender, or to be swamped in the lake". Hactenus Rev. Thompson.

O lautam viri perspicacissimi ingenuitatem (nostrates dicunt naivitatem) qui Mose populoque credat opus esse, ubi de Ebraeorum Exodo agatur! Utroque Bruxius facile supersedendum censuit, utpote qui populum semiliterin Aperu = Ebraei negaverit et Mosen – risum teneatis amici – in nomine insulae ejus in honorem appellatae assecutus sibi videatur. Scribit enim in lex. geogr. p 308 verbo Ienus sicce: „ pap. Harris I, 61, 6/10 A-n-Mouya. Le dernier mot présente un nom propre d'un homme (sic!) et se rencontre parfois dans les textes (v. Lieblein, Index des noms propres)".

Fideliter observato proverbio „Fide, sed cui, vide!" Libellinī opus perscrutatus nil inveni nisi sub N^o 558 quod nomen Maschu legi possit, si  -ma sumitur, id quod verisimillimum hoc loco esse videtur.

Same hic Maschu „dans thus, unguentum" (ⲙⲁⲟⲩ, ⲙⲁⲟⲩϩ) nominis proprii personae virilis indolem prae se fert. Sed nomen insulae illius non ad virum spectat, sed ad vinum 𓇋𓏏𓈖, cujus ferax fuisse traditur. Minime vero quadrat, quod Bruxius ll. adjungit: „Le nom de 𓇋𓏏𓈖𓅱𓏏𓀀 MOUSA est sans doute(!) identique au nom hébreu מֹשֶׁה Mωϋσῆς, Μωσῆς, de manière qu'on pourrait traduire 𓇋𓏏𓈖𓅱𓏏𓀀 par „île de Moïse". Mirum, si Aegyptiis placuerit media in ipsorum terra sitam insulam a nomine ducis Ebraeorum invisi appellare. Neque magis probandum est, quod deinceps sequitur: „La place nommée ainsi était connue aux anciens sous le nom de Mussae ou Mousôn (aperte Μουσῶν!). Elle était située au midi de la ville de 𓇋𓏏𓈖𓅱𓏏𓀀 SAPTU (nom. XVIII Aeg. sup. Oxyrynchites) sur la rive droite du fleuve. Il y avait un temple de Sebek, le maître de l'île de Mosha-Moïse." Invitis proh dolor! Musis haec sunt exarata. Nome Bruxius agnovit anno 1883 in PA (ab eo condita) Musam Neudroῦς 𓇋𓏏𓈖 R44 (var. 𓇋𓏏𓈖 S44), Σίωσις est altera, a Dümichene cum 𓇋𓏏𓈖𓅱𓏏𓀀 Usaostaple collata; et („last not least" Angli dicitant) 𓇋𓏏𓈖 vel 𓇋𓏏𓈖 Safecht nonne est personificatio hesterni (cαϥ) id est praeteriti temporis, ita ut recte a me Musaeo Aegyptiaca nuncupetur? Accedit, quod urbs Musarum (Μουσῶν) haud procul ab Hermopoli aberat atque Hermes Aegyptius 𓇋𓏏𓈖 Dehuti (Θωύθ, Θώθ) aptissime cum Musis conjungitur. Quare omnis iste Bruxii passus non ad Mosen spectat, atque merito auctor alioquin de re aegyptologica optime meritus, Exodum sine choro et sine actoribus peregisse dicendus est.

Multus est Bruxius in demonstrando, vocem [image_ref id="1" box="0.324,0.170,0.357,0.189"] cum rarr. ḫarut" ex adverso respondere nomini [image_ref id="2" box="0.208,0.208,0.290,0.228"] Βήρυθος, praefixo [image_ref id="3" box="0.256,0.208,0.290,0.228"] „os" et articulo [image_ref id="4" box="0.208,0.227,0.232,0.246"] = „la bouche des gouffres." Sane, per se haec aequatio nil habet, quod reprehendatur. Sed quaestio de Exodo non a singularitatibus pendet, qualis unius stationis appellatio est; multo magis a tota litate omnium symphonetum. Quare, ubi ego Pi-ha chiroth ex pap. Lugdunensi sub forma [image_ref id="5" box="0.256,0.337,0.324,0.357"] ob oculos sistam et cum Galaksh-Agrūd conferro, non dubito, quin lectorum suffragia mihi conciliaturus sim, quia tunc omnia quadrant.

Quo loco Migdol ponendum sit, haud ita in promtu est; Bruxius seligit [image_ref id="6" box="0.208,0.459,0.324,0.479"] (p. 310) „turrim Sethoseos I" et identificat cum Tell-es-Semūt (=Samuz?). Equidem praetulerim Μεγδωλ prope Heliopolin, quia ab hac sede profecti Ebraei, apud Etham (Λεοντόπολιν) angulum superius attingunt trianguli, a Meschtul usque ad rubrum mare pertinentis. Notandum quoque, quam bene haec cum suppositione quaestio de situ Baalzephonis elucidetur. Bruxius p. 177/178 „[image_ref id="7" box="0.324,0.630,0.395,0.650] Sesostridis" quam ego aeque ac Chabas ad Melaniten sinum sitam censeo – „ad Dianam" Romanis fuit-ponit „au nord de (sôn) Migdol". Idem nominis terrae Ṣōʿan [image_ref id="8" box="0.208,0.719,0.290,0.739]) et [image_ref id="9" box="0.290,0.719,0.324,0.739] in hodierno Ṭanīs recognovit. Sed adversa quadam fortuna ipse p. 229 citat [image_ref id="10" box="0.208,0.775,0.290,0.795] Pagos, quam eandem esse cum urbe Phacusa et Ṭanīs nemo non videt. Vox copt. πασε „sputum, saliva" procul dubio ad effusionem aquae trahenda est, uti Gesem. [image_ref id="11" box="0.324,0.819,0.395,0.839] idem, effusio aquae" = [image_ref id="12" box="0.290,0.819,0.324,0.839] pluvia. Sed de his in sectione VII fusius tractabitur.

In universum Brexio, si dux Exodi per desertum evadere studuerit, atrium ad curam gerat, consuluerim; neque enim puteos sive cisternas huic distinguit. Veluti (lex. geogr. p. 137) sic scribit 𓈖𓂋𓏏𓈙𓊪𓏏𓈙 pap. Bulag. III, 5, 19; le mot apparaît dans cette formule, adressée à un défunt: 𓇋𓂋𓏏𓈙 𓅱𓈖𓂋𓏏𓈙𓊪𓏏𓈙𓐍𓂋𓏏𓈙 dont le véritable sens m'échappe entièrement. Aqui nil clarius quam: „Datur tibi aqua ad libitum tuum ad huncce (זה) puteum (בְּאֵר!) ex fonte magno". Ego ille duce sibi pereundum erit! Cumque „Herculem ἀλεξίκακον" in Chonsu-Europaeo 𓇋𓂋𓏏𓈙𓊪𓏏𓈙𓐍𓂋𓏏𓈙 non cognoverit, frustra Soter vocabitur. Quin imo Brexius, oasin oleiferam 𓇋𓂋𓏏𓈙 in aliludinem sterilem 𓇋𓂋𓏏𓈙 corrigendo, fructibus nos non recreabit, si cum incauti seculi fuerimus, sed revera „oleum et operam perdidit".

Dixi supra, Brexium in volumine suo de Exodo quasi re integra egisse, nulla aliorum hac de re operum mentione facta. Ignoscatur ei, qui sui ipsius aeque oblitus fuit Londini anno 1874, et postea scribens. Exstat enim in Periodice „Salon" vocata (1875 p. 499) Vindobonā scriptus articulus, in quo Brexius coram societate diurnalistarum, „Concordia" de Mose et Exodo disseruisse dicitur. Culmen sermonis fuit relatio, a se inscriptionem columnae conspectam esse, ferentem: „Hoc die (addito praecise dato) Emri ex Aegypto profecti sunt" quae communicatio cum plausu ad admiratione audientium excepta esse traditur. Cur Emri hi evanuerunt sine vestigiis? Cur datum istud silentio praeteritur? Num revera haec sunt seriis severique auctoris, an auditores lectoresque ludibrio habentis?

# VI.
# Sectio geographica.

Miretur quispiam, quod in sectione modo absoluta aliquanto severius cum Bruxio egerim. Sed necesse erat, ut austerior fieret critice; alioquin mihi in iis quae jam in medium collaturas sum, continuo illius auctoritas, non melior ratio, objiciatur. Me ejus de re geographica meritis detrectare nolle, satis exinde conspicitur, quod thesibus ejus quam maxime egregiam impendo curam. Veluti in iis, quae de Tani urbe eademque Ramesse protuli, sane psalmistae verbis innixi jure queat, quia „mirabilia a Domino in campo Taneos facta" non nisi ad Exodi primordia trahi possunt. Neque tamen rationem habuit ejus rei, quod psalmistae demum aevo haec urbs tanquam Exodi theatrum emergit, antiquiora scripta de hac urbe altum observant silentium. Mihi quidem haec diversitas inde videtur explicari, quod Salomon rex (Regg. III. 9, 24) cf. II Paralipp. 8, 11) Pharaonis filiam duxit, hujusque sororem Thachphnes (Regg. III, 1, 19) Adadi dedit uxorem. Atqui domus pharaonica, unde hae dudum dictae sunt, certissime fuit dynastiae XXI, atque haec inscribitur ⸗ Ταφνεσ. Ne multus fiam, filias regis  „Har-P-siu-n-Chā-t Miamun" (Manethonis Ψινάχης) fuisse eas existimo. Ex eadem domo sororem Rakamat duxit postea Ὀσόρχων I, filius Bubastitae , hieratice !

Urbs haec Cha·t, cujus „stella" Horus (id est, rex legitimus") Sinaches vocatur, proprie orientalis" auctor = ⲥⲁⲓ „oriens (sol)", atque hinc vocis Σαΐτης ubi Σαΐτης ( , ⲥⲁⲓ regens titulus quoque Josephi patriarchae sub Apophi) primus regum Pastorum, secundum Manethonem (apud Flav. Jos. cont. Ap. I14) Ἀβαζὶρ  Ha-varet „domus eruris" (Osiridis-dextri) exstrui jusserat. Hanc lectionem a senon intellectam quidam praeposterе ausi sunt corrigere in ἐν τοπῳ τῷ Σενγοΐτῃ pro Σαΐτῃ = Ναΐτῃ assibilatae ex primitiva Χαΐτῃ, non de Σαΐτῃ (Sais  Sai·t vernonem esse posse vati.

Jam vero, quam aptе omnia cedant, quilibet viderit: Scriptori biblico, sive Salomoni aequalis, sive multo posterior fuit, Tanis urbs revera, ut centrum potestatis pharaonicae, Aegyptum ipsam repraesentare visa est. Quare ex his Psalmistae verbis nil pro aequatione Tanis = Ramesses, nil contra meam de Ramesse urbe in vadi Tumilat positionem militans potest deduci. – His absolutis, ad genuinos Aegypti fontes provocandum est.

Exstat in muro Karnacensi „triumphus Sethosidos", quem hoc subtitulo abhinc decem annos in dissertatione academica fusius tractavi. Conspicitur Sethosis I, curru (bigae sunt) insistens equoque, quorum ipsissima nomina superscripta sunt, utraque manu dirigens. Pharetratus tenet arcum, gladium, clavam et funes, quibus captivi ligati sunt, quos ut textus ait, vivos Aegypto induxit. Conspiciuntur quoque duo filii, major natu Ramesses (II Sesostris), minor natu (Ra)messe-nib, ille arcu, hic athlo munitus. Textum ipsum, ut jam a me versum, neque captivos moror.

Sethosis revertitur triumphans e Palaestina meridionali. Testis est primum arx Pa-Kanana כְּנַעַן, cujus nominis, posthac in nomen totius terrae (ad Eddés Thessalica) ampliati vestigia in Khanyunas (Akrom) apud Raphiam manere videntur. Sequitur specula בְּתֵן a nomine inthronisationis ejusdem regis: Ramen-mas "desumta, ad puteum sive cisternam [illegible] la Bër-saf, aperte בְּאֵר־שֶׁבַע „puteus juramenti" in meridionali Palaestinae parte sita. Prout exspectandum erat, ejusdem ulteriores stationes puteis designantur. Veluti [illegible] la-chnum (ϩONBE fons) Absabaq „sitis deminuta" (cBOK) revocat in memoriam Bër-zamā „puteum sitis" בְּאֵר צָמָא, quae vox etiam aegyptiace exstat in scriptione [illegible] zama (in agris „sitientibus" Chalebonis) – mediā viā Petram inter et stationem sequentem sita, quae [illegible] A-n-ʾna „rivus (brachium) aquae ʾna" designatur. Ob destructam legendae partem definiri nequit. Sed potest esse [illegible], id est, „rivus fontis עַיִן magni". – Sequitur ad latus ejus [illegible] cisterna: [illegible] Elab-tn-Seluchi Mermaptah. Ἀφροδίτη Μαιωτίς, quam eadem deae septentrionalis cave confundas cum eadem appellatione, in itinere Mosis Mokēris (infra) ad Aelanitem sinum occurrendi. – Lepsii[x] grande volumen (Mon. III 128, a, b) immediate post hoc par legendarum, quae rotas currūs triumphalis attingunt, apertum aquarium affert, cujus legenda [illegible] puteus Huzinā esse videtur. Respondet exacte hodierno Hazneh, ad orientem lacūs (Birket) Ballāh.

x Quod idem eandem legendam in canali repetit, ejusdem levitatis est, ac Tākellothis Ramsis apud Rollin.

Haec cisterna grandioris turris finitima est, ferentis legendam: Ra-makt̄ol = Migdol. Sane hoc est oppidum Magdolon, ad orientem lacus Ballah partem situm, cujus in vicinitate Ramesses III Pelasgos et Teucros (Pulasta ; ta-ḳa-ra = ṯeḳ) (Tekkuri) devicturus erat, eosdem ad ostium Pelusiacum pugnâ navali superans. Hinc jam verisimillimum fit, etiam Bir-Makt̄ul in montibus  Zahi (cf.  aridilas, sicc̄itas, hodie Gébel el-Tih) totam peninsulam Sinaïn occupantibus, a Sethoside triumphanti visam fuisse, atque omnino regem eadem viâ ingressum esse, quâ hodiedum caravanae utuntur. Revera mappae geographicae viam nomadum hoc in tractu eadem cum denominatione „via caravanarum" exhibent.

Maximi momenti haec consideratio fit ad definiendam proxime sequentem stationem. Est puteus quadratus cum arboribus utrimque plantatis; rectilineis murus videtur indicari, qualis puteo deserti praesidia solebat circumdari. Turris grandissima seu potius propugnaculum supereminet puteum cum legenda: ta a·t pa t̄am, Acorrópolis Josephi, das Haus des Löwen Ṯam  (Br. Geg. I 236)" Vix credibile est, haec mea abhinc decenniun impressa verba contrarium quid facta esse apud „Ebers, durch Gosen zum Sinai" p. 508 not. *: „Das Zeichen ist undeutlich. Sollte es  sein, so würden wir mit Lauth Pelē lesen dürfen. Dies würde dann nur Pelusium sein können". Per me licet, Aprius (volubilior) in hoc et Lucia Aegyptiacâ (Πλαύσιον est Arabibus Tineh), modo ne figmentis verba mea detorqueat

Aperte Leontopolis haec A-t'âm est 𓈖𓏏𓄿, quae statio 𓈖𓏏𓄿𓇋 Aitham quoque sonat, apud LXX Ἀ-βάω et No-v-βάω, praefixis 𓂝, 𓄿, 𓇋, id est Hr, O, et nu variantibus. Lepsii mappa exhibet hoc loco Bir-el-abil 𓇋𓏏𓄿𓈖𓏏𓄿𓂝𓅱

Luce clarius exstat hic angulus iste, quem canalis maritimus cum lacu crocodilorum effovinat: hic, quia cum canali altero, a Nilo usque deducto cohaerebat, crocodilos inde accepit; ille autem ut lacus separatus piscibus tantum repletus erat, qui aquae salsae haud impatientes sunt. Denominatio putei Bir-murrah tanquam „amari", haud procula Thaubastumo in mentem revocat Exod. XV 23 sed non eundem fontem designat. Videtur haec Bir-murrah probare, in vicinitate lacūs quondam salsi puteos quoque ejusdem indolis nunc exstare.

Id quod maximum est lenocinium: Sethoseos I reditus non per viam stratam a Gaza Pelusium versus et per pontem „Gisr-el-Gunaiir (Kantarah) ad Tanin versus, sed per stationes puteorum supra demonstratas factus est. Illud Brugschius (in lex. geogr. pagg. 597, 645) persuadere conatur, hoc ego defendo, quia Sethosi I, ut postea Ramessi II ab Oronte redeunti, quam primum canalis erat assequendus, quem intra arcium coronam a se contra exterorum incursiones erectam, primus instituit. In mappula ad calcem hujus operis exstante Sethosis reditus lineolis --- indicatur.

Contra punctis distinxi Mosis Itinerarium. Longum est atque post librum meum „Moses Ebraeus" supervacaneum, omnes urbes ab eo visas ex ordine heic loci iterum enumerare. Sufficit eam tantum partem selegisse, quae ad finem ejus Itineris pertinet. Huīs scriba pag. 26/27 ipse dissertis verbis enuntiat, se nunc Moheri (Mosi) ultimam diarii partem quodammodo in formam libri redactam propositurum:

„Mapu", inquit et infit, „scriba selecte, Mohēr cognoscens brachii sui, persecutor (bello) Aolanarum (Aelanitarum), capitane exercitûs, perscrutate posthuma terrae utriusque, o tu Cananaee, non respondes tu mihi bonum quid malumve? sequamibi remittis consilium? Cedo redicam tibi gesta abo te omnia finem, clausulam itineris tui. Incepi tibi inde a domo regis Sesostra (Sesostris): v.s.s. Nonne intrasti eam cum fiducia (סגה)? Nōne comedisti pisces in  Aolath (Ailath)? Nōne lavisti te in ea? Age! placeat redicam describamque tibi Azaina (Azion) et quorsum ejus arx clausa (  Sabēr)! Perveniasne tibi ad aedem deae  Uati (Buto) externam, conditam a rege Sesostride v.s.s. „victoriosi": Oxymandyae!

Hucusque Huis scriba duas urbes enumeravit, a Sesostride in terra Aelanitarum Mosis ductu expugnatas denominatasque. Quarum quae secundo loco fertur, Chabas eam recte cum Baal-Zephon comparat, monens, signum generis feminini vocis Baalth - haec enim respondet Βουτώ - ob sibilantem Z, proxime sequentem elisum esse. Revera dea  semper aquilonem denotat, et quid aliud sibi vult  ? Neque vero cum eo suspicor, hanc aedem deae Uati - Romanis „ad Dianam" fuit - eandem esse atque aedem deae Uati cum nomine Sethosis conjunctam; haec enim, uti supra vidimus, ad Palaestinam meridionalem pertinet. Quod ad restitutionem meam vocis Aolath, ad librum „Moses Graeus" ablego.

Pergit Huius: Seba-ail et Absagabu". Oppidum Seba-ail aperte semitis inum sapit: Arabes hinc finxere Seba'-biar" septem cisternas, eodem fere loco sitas, ubi hodie Ismaïlia, ad lacum Timsah. Sed originalis ejus nominis vis, uti ail in Bethscheal-Beth Schean (Scythopolis) ad radicem  (sensu negativo propter pedes inversos „saliatio" spectare videtur, ita ut Seba-ail „saliatio annihilati" designet. Ex hoc verbo sebā' facilius quoque expeditur Arabum „Sebā'-Biar." Quod ad Absagabu, idem quidem nomen est cum eo, quod supra in Sethosis reditu invenimus, „Sitis minuta", denotans, neque vero eadem statio; nam hodiernum Abugeïeb in vadi Tumilat optime quadrat, quod proxima ab Seba-ail diversandi occasio est. Lector attentus animadvertet, quam bene „Saliatio annihilati" et „Sitis minuta" hic loci copulentur.

Sequitur statio Aimini „duo oculi" (ejus Hispani quoque de fontibus usurpant) Plinii Acan, de qua statione Huius dicit: „Dicam ne tibi qualitatem Aimini, nōe tu scis ejus apratu-mores? Pergit: „Nachasi at que Re Huburoth, nom(ne?) tu eas vidisti inde a nativitate tua, o Moher excellens?" De his locis, quibus hodie respondent Bir (Serpentina?) rās-el-wadi et Tell-el-Rigabeh, supra luculenter egi. — Restat diversio Mosis ad Ropetu-Raphia, ejusque castrum i serech-  Distantia ejus absurde Cazatha- (fortis" et Azion, fortis") fuisse dicitur  ur-en-atur „longitudo schoeni,  „in eundo". Revera Herodotus schoeno duos parasangas deguat, atque haec distantia quadrat.

# VII. Exodi Stationes.

Quicunque papyrum Anastasi I: Mosis Itinerarium, attentius legerit, ibidem per similes procedi geographicas deprehendet. Nam sicuti Joppen inter et Aelaniten nulla statio intermedia memoratur, ita immediate ab hoc maris rubri sinu – hodie Akaba vocato – ad oppositam plagam transitit narratio, de Siba aila et Rohoberothe, Nachesia, atque versus novo saltu de Raphia et Gaza nuntium allatura. Quum abhinc decennium in dissertatione academica „Sethosis triumphus" primus emisi[31sem] sententiam, in versu Exod. XIV 2, 9 situm Baalzephonis et Pi-ha-chirothi ita indicari, ut haec statio e regione לִפְנֵי (verbo tenus „ad faciem") illius sita esse dicatur, reverâ autem non exiguo, sed amplo totius peninsulae Sinai intervallo distare censendae sint, maxime obstupuerunt Orientalistae quidam ob tantam interpretandi temeritatem. Atqui apud classicos quoque scriptores tales saltus occurrere sive poterant. Veluti Plinius histor. natur. VI 33 refert, peninsulae Sinaiticae maximam esse latitudinem Heroonpolin inter et Characem Leaenam – quam vocem in Aelanam esse mutandam jamdudum viderunt commentatores. Reverâ enim, ut peninsulae figura demonstrat, inter Heroopolitem sinum et Aelaniten latitudo peninsulae Sinai quam maxima esse deprehenditur.

Similiter Herodotus II 34: ἡ δὲ Αἴγυπτος τῆς ὀρεινῆς Κιλικίης παράλιός κη ἀντίη κέεται· ἐνδεῦτεν δὲ ἐς Σινώπην τὴν ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ πέντε ἡμερέων ἰθέα ὁδὸς εὐζώνῳ ἀνδρί. Ἡ δὲ Σινώπη τοῦ Ἴστρου ἐκδιδόντι ἐς θάλασσαν ἀντίον κέεται. Οὕτω τὸν Νεῖλον δοκέω διὰ πάσης τῆς Λιβύης διεξιόντα ἐξισοῦσθαι τῷ Ἴστρῳ. Peninsulae Asiaticae latitudo rectâ lineâ ab Issis Ciliciae ad Sinopen usque quinque dierum iter expedito patere dicitur. - Denique C. Julius Caesar citetur, qui libro V de bello gal. c. 24/25 Eratosthenem aliosque Graecos secutus, Hercyniae (Ὀρκυνίας) silvae latitudinem novem dierum iter expedito patere testatur; quoad longitudinem, ab Helvetiis Nemetibus Rauracisque orsus, recta fluvii Danuvii (Istri) regione pertinentem facit ad fines usque Dacorum et Anartium; „hinc se flectit sinistrorsus diversis a flumine (quod hucusque tegebat parallelo tractu) regionibus multarumque gentium fines propter magnitudinem attingit, neque quisquam est hujus Germaniae, qui se aut adisse ad initium ejus silvae dicat, quum dierum LX iter processerit, aut quo se loco oriatur, acceperit." Jane totus hic Caesaris passus ad Herodotei loci similitudinem efformatus est.

Eiusdem flexionis, ut Ister et Hercynia, mediâ viâ, Exodus quoque filiorum Israëlis particeps fuisse judicanda est, quum Moses Exod. XIV 1/2 a Domino jubeatur dicere filiis Israëlis: „Loquere filiis Israël: revertantur castrametentur e regione Pihachiroth, quae (statio) est Magdalum inter et mare (rubrum), contra Baalzephon: in conspectu ejus ponetis super mare."

Punctum est ita dicam saliens est Eitham אֵיתָם Ἀεσσούκ „in extremis finibus solitudinis" sita statio. Hinc facta est flexio itineris, huc vergebat prior Exodi pars; et quum Αἰθάμ centrum fuerit totius lineae Magdalum inter et mare rubrum, apertum est, textum primitus sonasse: „Reversi ab Eitham, quae statio Magdalum inter et mare sita est, castrametentur e regione Pihachiroth contra Baalzephon: in conspectu ejus (Pihachiroth) castra ponetis super mare."

Similis membrorum phraseos permutatio occurrit apud Plinium, cujus passum paullo supra citavimus: „Heroonpolin inter et Characem Leaenam" Quin legendum sit: Heroonpolin inter (Characem) et Aelanam "nemini dubium erit, si ubi secum reputaverit, hodiedum Arabibus eandem stationem Galat-Agrûd id est קְרַעַת עַגְרוֹת „fissuram Agrûd" audire. Nam קָרַע „dilacerare" cf. nostratium „Kerbe", prorsus congruit cum Χάραξ, a. rr. ὁ χαρακῶν incidere, cujus varr. Βελλοτ vallis - [illegible] etc. non ad Aelanam, quae talis incisionis expers est, sed ad Heroonpolin referendum est. Ne multus sim, citaverim illud Vergilii (Aeneïd. I 425; IV 259) .... magalia quondam" ubi pridem vulgo legebatur mapalia. In pap. Anastasi I p. 19 legitur [illegible] ὁ Magar (Magal), nomen ejusdem regionis atque Μάκρα, Μάκρας geographorum, in Libano silae. Sethosis I debellaverat (KHN „finire, conficere, sufficit") ibidem hostes „stans in fissura (πωϭ „brèche"); nescierunt illi capere arcum, vigilantes (σσερμγε) in [illegible] istis cavernis niagaroth מְעָרוֹת abditis (KHM), quomodo lupi (σσωνν), veriti Majestatem ejus".

Cf. Bruxii coll. I, XLVe, coll. 14. Quis vero non audierit de Wâdi Magharah, in peninsula Sinaï, ubi excavationes montium talorumque antiquissimorum, nostra adhuc aetate ab Anglo Macdonaldo turcicae lapidis causa cultae? Ibi fuit materies, quae modo Ma-phka, modo Do-phka, modo Ra-phka scribitur, unde si ultima variabus spectatur, Raphidim quoque (ex רפידם) ortum, derivandum est. – Denique citentur Rhodanim et Dodanim lectiones, in Pentateucho, gentium catalogo, obviae, sola litterarum ד Daleth et ר Resch similitudine graphica explicabiles. Quare cum fiduciâ quadam pronuntiaverim: Sic igitur Ἡρωόπολις quoque ex antiquiore et genuina lectione Ἡρεωόπολις „Herthonpolis" exortum, et quam prope sint Herthu (Hherthu) et monumentalis formae 𓂋𓏏𓊪𓐍 Chardu = Ἑπτανομίς, paullo infra demonstrabitur.

## Terra Goschem.

Postquam puncta ultima diarii directivi Exodi: Meschkul, Aitham, Pihachiroth, Baal-Zephon elucidata sunt (in mappula ad calcem operis grandioribus circulis o o o o distincta) jam certius quid de terra illa πολυδενδρίτῃ Goschem, τὸ ἐν Γοσέμ גֹּשֶׁן et בֻּשֵׁן pluvia (effusio aquae) statui posse nemo infitias iverit. Si quis objecerit, monumentalem ejus nominis scriptionem 𓂋𓏏𓈖𓊪 (var. 𓂋𓏏𓈖𓐍) Gesmu, sero demum in textibus geographicis occurrere, monere lubet, etiam de nomis quibusdam, exempli gratiâ, τοῦ Φαγιοῦμ sive Moeridis lacu irrigatae regionis, hunc morem obtinuisse, ut antiquioribus aevis silentio praeterirentur, utpote qui Typhonis = CHθ 𓄿𓏏𓅱 Osiridi Horoque adversati, memoriam velinquissent. Atqui reverâ

Plutarchus de Isid. c. 13 habet: ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἐξενεγκεῖν καὶ μερεῖσαι διὰ τοῦ Ταυιτικοῦ στόματος εἰς τὴν θάλασσαν, ὃ διὰ τοῦτο μισητὸν ἔτι νῦν καὶ κατάπυστον ἄγειν Αἰγυπτίοις – et Manethonis apud Iosef. Ant. c. Apion. I. Iib verba haec sunt: τὴν τότε ἐρημωθεῖσαν ὑπ' αὐτῶν πόλιν Ἀβάριν συνεφώνησεν (τοῖς ἱεροῖς λόγοις Ἑβραίοις). Ἔστι δ' ἡ πόλις κατὰ τὴν θεολογίαν ἄνωθεν Τυφῶνος. Ergo Tanitici inter et Pelusiacum Nili ostium et ultra, orientem versus – cf. infra Tell-el-Hêr-Ἀβάρις – tota regio Typhonis macula adspergebatur, nimirum ob semiticas nationes Pastorum et Ebraeorum, quae ibi per saecula morabantur, deum unicum 𓐍𓃀𓄿𓋴 Sutech (forma est ampliativa oou 𓐍𓃀 et 𓋴 Set) venerabae. Omnino, quae provincia hodie El Scharkieh „orientalis" vocatur, in theatro Exodi et versione antiquioris Gesnu ea habenda est. – Si quis mihi Brugschii auctoritatem obtruderet, pridem Klysma-Κλύσμα-Golzum in illa legenda conspicati, nunc urbis Ka-qâs denominationem, haec ipsa ejus vacillatio, quam parum firmo nitatur fundamento, luce clarius ostendit. Atque id quoque monendum, Gesnu non urbis, sed provinciae nomen fuisse.

Recte me vidisse, emergit e legenda 𓎛𓃀𓊪𓈖𓊪 „Gesnu (terra) vel Klysmatis". Revera similis legenda occurrit 𓎛𓃀𓄿𓊪 Gausch (nu), Hambres cap. 64,23 scripta 𓎛𓃀𓄿𓐍𓊪 Gasch (nu) ad canalem nomi XVII. Aegypti superioris designandum, qui pertineba[t] (cf. Brugsch. lex. geogr. p. 823) ad 𓇋𓊪 Karc Cynopolin. Hic quidem canalis ad occidentalem partem Aegypti Nilique spectasse putandus est.

Verbo reputetur, in scriptione 𓎛𓃀𓊪𓈖𓊪 Ges-nu, non 𓎛𓈖𓊪 sed 𓎛𓃀𓊪 id est, nostram mortuam (nos Varros revulsisse consulto 𓎛 kwc „mumiam" insinuari, × 𓎛, phonetice 𓎛𓄿𓂋 geras, abjecto Rhotacismo kwc, haud dubie cum radice 𓅱𓈖 vincire eadem est.

gnia scribae, qui tertius hos geographicos redigebant, exterorum (Pastorum et Ebraeorum) odio ducti, provinciam ab illis habitatam de industriâ ita litteris mandabant, ut regio mortis et aeterni silentii posset intelligi. At primitus Goschem fuit Gausch-mu id est, „effundens aquam", sicuti e copticis vocibus ϫⲉⲱ, ϫⲱⲱⲥ „effundere" et μοσ „aqua" satis apparet.

Neve credas, ad similitudinem „Maris mortui" (τοῦ Ἀσφαλτίτου) terram Goschem Τέθεμ (ϫⲉⲥⲉⲙ) sterilem fuisse, ulterius monet Genesis et Exodus, terram hanc optimam opimamque describentes. Atqui nil aliud est „Terra Gosen" nisi „Terra (urbis) Rameses", quae eadem est cum Vadi Tumilât. Sane, monographiâ opus foret, si haec una vice omnibus ex partibus illustretur. Sufficiat monuisse, id quod nemo hucusque vidit, in insigni Heliopolitae nomi hyq āt, „princeps τῆς adipis (cor adeps) et nomine Π-τί-μυσις- P-to-mera „ἡ μεδέουσα γῆ", ἡ μεδόμενος  Keme ⲕⲏⲙⲉ nigra (Cham) omnia elementa continueri, unde Tumil-āt eluci debet. Vel enim Πτίμυσις praecipue ad Deltae illud spectat, humi profunditate et fertilitate excellentis ita Tumil-āt Appendicem τοῦ Δέλτα, cognominatam „pingue", sistit. Vel ulteriores illius orientalis Aegypti plagae planities hoc epitheto „pingue" designatas fuisse, ostendit locus a Damascene Apollinopoli descriptus (coll. III pl. XV a), ad nomon XXII  var. Chens pertinens: „Nomos Chens praebet albos suos, in multiplicando munera tua (tibi) quovis die alterο mensis. Tu (enim) o Horus, ejector lucis, stas super selech (  ) tanquam Horus etc... tu es Horus interfector (Typhonis), pupilla oculi solaris, gavisus de  „lacu adipis".

## Pithom.

Urbs haec cum Rameses מְסְכְּנוֹת (per lasse =  wetnu, Scheune") epitheto praedita, jamdudum ab omnibus Aegyptologis aequata fuit urbi  , Pa-Tum = Pithom (cf. Pi-beseth = Βούβαστις) in ostio orientali. Fuit ergo situm in principio terrae Vadi Tumilat, eo loco, ubi secundum papyr. Anastasi VI  na barkabutha-u en Pa-Tum „piscinae (lacus birkeh בְּרֵכוֹת) erant, ad quas anno VIII Sethosis II (non Menophthae, ut Chabas opinatur) tribus quibusdam Edomitarum  Nomadum (γένος cf. Ὑκσο-σῶς reges Pastores) armentorum suorum causa a Pharaone aditum precati sunt et obtinuerunt. Quae quam bene cum Exodi narratione quadrent, Edomitas hostiliter, ut Amalegitas, Ebraeis se opposuisse referentis, nemo non videt. Tunc temporis Moses cum suis in monte Sinai versatum esse, hoc quoque symptoma Edomitarum fugientium probet.

Exstat Itinerarium Antonini, ex quo situs urbis Pithom  - Herodoto Πάτουμος est - satis aperte definitur. Quum Herodotus dicat a Dario canalem paullo supra Bubastin propter urbem Patumon, Arabiae (τῆς ΑΡΑΒΙΑΣ) derivatum esse, Thoum Antonini ibi detur fuisse, quum Heliopoli extorsus, in Itinerario Pelusium versus tendenti, vicum Judaeorum inter et Tacarsatham Stationem Thoum viderit. Necesse igitur est, antequam certius quid hinc elici possit, ut eruamus, quo loco Tacarsatha sita fuerit. Lepsius in mappa, operi

suo monumentali praefixa recte quidem Pithom urbem (Thoum, omisso par. elemento, ut in Ramesses!) prope ruinas Tell-Abu-Solimân collocavit, quibus palus (bere Rabutha!) vicum inter Abbaseh et el-Serigeh vicina est. Sed quoad positionem Tacasarthae, quam a meridie oppidi Salichieh (cf. clausulam finalem de Mose-Salicho!) sitam fuisse putat, a veritate aberravit. Ut paucis absolvam, dico: Tacasartha, cujus nominis forma palam semitismum sapit, nil aliud est, quam [hieroglyphs], sejunctrix. Hodie Gisr, Francogallis canalem maritimum perrumpentibus Suisre. Mons ibi assurgit, quem ingeniosae tantum machinae perforare poterant, in geographicis catalogis [hieroglyphs] Pe-chont-en-du descr. „nasus montis rubri" appellatus. Cui sacro templi agro vicinus est lacus [hieroglyphs] pehu, cui nomen erat [hieroglyphs] Sanlerui = Σελβών, etiam Ψεθορ = [hieroglyphs] pu-Set-Hor „ostium Set-Hori" vel, ut derugato junioris („monetae nomorum" p. 42 videtur [hieroglyphs] P-schet-Hor „lacus Hori." Antiquitus pons jungebat utramque ripam lacus Menzaleh [hieroglyphs] „auter-ao" = „fluvius magnus", unde Arabum „Gisr-el-ganatir" vel „Ganterah", id est [hieroglyphs] Gasr pontis". Eodem in nomo XXII. supra Hori legendam citavi, cui offertur sacrificium [hieroglyphs] „quovis secundo mensis die", cujus eponymus Har-ant-atef-f. „Horus ultor patris sui" (Αγορόθρης). Quacum contentit legenda nomi finitimi XXIII. ferens: „Tu, Hore, foramen diei solaris, occidentis in regione vitae (Amenthi) [hieroglyphs] „repuerascens quovis tricesimo die", quia hujus eponymus est [hieroglyphs] „Insurgens" (Set). Inter utrumque [hieroglyphs] „mediator soli diurni" (Hor-Set) unde (a) Π. εροσοι-νι-θοιτη. Post Tacasarthan sequitur Tell-el-Her [hieroglyphs] Αβάρις et Feramah = περεμουν = [hieroglyphs] = Πηλούσιον. × Notandum, Sabbiam Soriciorum quoque Arabibus esse Tineh, Sabosa (eque Sed Pelusium Tineh".

## Ramesses urbs Exodalis.

Omnium primus, nomen urbis רַעַמְסֵס Raamses cum nomine regis parietarii  Ραμεσσῆς Μειαμοῦν idem esse, vidit Lepsius (Chronol.), qui Avaris quoque situm anno 1866 primus apud Tell-el-Hêr recognovit. Quum Septuaginta interpretes praeeant: Καὶ ᾠκοδόμησαν πόλεις ὀχυρὰς τῷ Φαραώ, τήν τε Πιθὼμ καὶ (τὴν) Ραμεσσῆ καὶ Ὼν, ἥτις ἐστὶν Ἡλιούπολις, jam dudum suspicatus sum, in καὶ Ὼν latere appositionem, qua situs urbis Ραμεσσῆ, quo melius ab aliis ejusdem nominibus oppidis distingueretur, indicaretur. Quare lectionem καὶ in κατ' mutandam esse proposui. Sed recte reposuit Aprius („Der Zoan ad Sinaïn" p. 493): „Lauth's Vorschlag, das καὶ Ὼν der LXX in κατ' Ὼν zu verändern ist nicht annehmbar, da der Kopte ⲛⲉⲙ (et καί) „übersetzt". Nihilominus, quoad rescera causae, conjectura mea recte se habet, modo alia τοῦ καὶ detur explicatio. Hanc jam indicavi καὶ scribendo, quae vox nil aliud est nisi ⲕⲁⲉ „ager" vel ⲕⲁϩ „terra", ita ut, si hoc praeferatur, scribendum sit ⲕⲁⲉⲓ, quod in καὶ facile transiit.

Inter omnes constat, urbem Heliopolin  Anu unde יְהוּדִית et יְהוּדִית On-Ὼν, plerumque praefixo vel duali ta, tani muniri. Hinc jam pridem nomen protodynastae Menae cum XVII successoribus ethnicum: ΘΕΕΣΝΙΤΗΣ Θεεσνίτης deduxi, quia revera prima et secunda dynastia Manethonis ad Heliopi-Anu sunt oriundi, ubi Schesu-Hor „assecla Hori" regna bant theocratice, quorum ultimus  Batau-Bytes, cum cognomine chronologico Σεθῶσις - Se-Dhuti „filius sou Thoth", an. 4245 a. Chr. n.

Porro, supra ad legendam nomi Heliopolitae  hyq-ât „dux adipis° pro-
vocavi, ejusque cum nomine Tumi-ât Π-τι-μνς(os)-ου ὁ μεδόγγειος
τῆς πομελῆς combinationem suggessi. Praeterea, catalogi geographici saepius
praebent epitheton coelum (tuum, Osiris) τῆς Χημίδος (μεδαμφόρου)
qui deus, quum , Ser-eat , „princeps senex" audiat, exinde vocem
Σηριαδιης γῆ apud Manethonem (Syncell. p. 72) elucidari persuasum mihi est.
Denique lectorem ad cognomina Αἴνος „domus scientiae" et Ἀσεδέκ „sedes observa-
tionis (astronomicae)" allego, quae supra cum titulis Mosis explicavi.
Forte fortuna exstat locus hieraticus, unde aliquid lucis spectans quaedam
papyrum Anastasi III dico. Postquam panegyricus Menophtham Pharaonem ad
„domitorem Ebraeorum" (coeu-Apiru) celebravit, pergit (pag 7 lin. 3): „lanceam
manu gestans°, ruit in sedem nativitatis suae in urbe Anu°- edixit victo-
rias in terra omni°. Pulcher quam maxime est dies reditionis tuae°- dulcis
quam maxime vox tua in loquendo°- quando exstruebas
Par, Rameesu-Mey-Amun°, urbem principem omnis regionis°, extremam τοῦ
circuli °. Pulchri sunt adspectu recessūs albi (et) ā roth-
cippi ) ex lapide lazuli et armeno (ma-fek) consistentes°. Sedes est,
ubi explicat se aquilatus tuus°- sedes (magna) lustrandi peditatus tui°-
sedes appellendi mercenarios tuos classicos°: hi sunt in producendo (mari)
tibi tributa°. Laudatus sis hymnis, qui venisti°, cum praefectis sagittariorum°,
trucium vultu, fervidorum animo (πυρα)°, refrigeratorum, ex quo conspexere
principem (hyq) v. s. s- stantem (non recedentem) in pugna°; non steterunt

immundi (μιαροί) coram eo; isti dispersi sunt (cum pene perdere) in conspectu fortitudinis tuae:  Ba-en-Ra (Νεκῶς)-Miamun-v.s.s. essentia tua est essentia aeterna; est essentia aeterna essentia tua pict. Stabilitus in sede patris tui: Ra-Harmachis (patroni Heliopoleos)." Clausula: „Explicit bene cum satisfactione, per magnatem in dignitatibus (ἀρετῆς) suis, praeconisatis ab oppido suo; regium missum ad regionem omnem (exteram), praefectum primum terrarum peregrinarum: Amenemapteo, veridicum. Fecit hoc (παντηγυρικόν) anno III.... (Thoth, Phaophi, Athyr, Choiakh.) die XXIII.

Ergo Ramesses urbs, a Menophtha Pharaone in honorem patris sui: Ramessis II Sesostridis eponymi, novis operibus ornata, quasi Campus Martius erat, ubi lustratio exercitus peragebatur. Huc Ebraei quoque, ab urbe Cohenis (Levitae) Aharonis - vid Judaeorum prope μεγιστοῦ exorsi, Patumon cui vicus Schech-Mûsâ' (senex sive πρεσβύτερος Moses!) adjacet, legentes et canali se applicantes, convenerunt per wadin Tumilât, in centrum vallis, Mosis natale solum (Bir-Râs-el-wadi el Rigabeh), ubi Ramessis urbs haud dubie sita erat. Hac loco Francogalli (non procul ab Abu-Keskeb (Absagab) sub Bonaparte regionem lustrantes, monumentum illud περιβόητον invenerunt, quo Ramesses II Sesostris ut membrum triados solaris repraesentatur.

Quare sacro jure Exod. XIII 17/18 dicitur: „Quum igitur Pharao emisisset populum, non eos duxit Deus per viam terrae Palaestinorum, quae vicina est - reputans, ne forte poeniteret eos, si vidissent adversum se bella consurgere et reverterentur in Aegyptum - sed circumduxit per viam deserti, quae est juxta mare rubrum" etc.

Sochet סֻכּוֹת Succoth-Ma-sthûta

Exod. XIII pergit: „et armati ascenderunt filii Israëlis de terra Aegypti." Num idcirco Ramesses urbs a Mose prima statio selecta fuerit, quia ipse ibidem natus expositus et a filia Pharaonis servatus esset (cf. supra cognomen Hasaraph) an ob strategicam rationem, haud liquet, neque majoris est momenti, quum cap. XII vv. 37/38 dissertè dicatur: „Profectique sunt filii Israëlis de Ramesse in Soccoth, sexcenta fere millia peditum absque parvulis. Sed et vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis, oves et armenta et animantia diversi generis multa nimis". Videamus, quid secunda statio proprie valeat, non poëticam lucubrationem secuti, qualis panegyricis pap. Anastasii III fuit, sed planam prosaicamque scribae Cavisaris descriptionem. Pap. Lugd. I 348 VI: „Scriba Cavisar salutem dicit plurimam domino suo: scribae Bokenphthah. Missio haec est ad certiorem faciendum te, esse domum domini mei bene; ejus armenta (jumenta cet) bene; ejus famulos bene; ejus jumenta, quae in סֻכּוֹת urbe Suchet (ⲥⲟⲩⲭⲉ campus, cf. nostratium „Felden, Velden") bene; noli dare cor tuum in dorso eorum", id est, „noli sollicitus esse de iis".

Priusquam ulterius pergam, annotare libet, Ebraeos quoque rei pecuariae quam studiosissimos fuisse. Sic enim legimus Genes XLVI 33/34: „Quumque vocaverit (Pharao) vos et dixerit, quod est opus vestrum? respondebitis: Viri pastores sumus servitui, ab infantia nostra usque in praesens, et nos et patres nostri. Haec autem dicetis, ut habitare possitis in terra Goschen, quia detestantur Aegyptii omnes pastores ovium". Ibid. XLVII, 6: „... trade eis terram Goschen. Quod si nosti in iis viros industrios, constitue magistros pecorum (sc. eorum)".

Sequitur jam ille de Ebraeis passus: „Obeditum est mandato domini mei dicentis: Fac des provisiones [hieroglyph] frumentarias hominibus militaribus, nec non Ebraeis (Apgriu) qui (occupati) sunt in trahendo lapidem ad speculam (Beon) ([hieroglyph]), conditum in urbe Ramessis II Miamunis, amantis justitiae". Datae sunt praefecto tūr Mazaiu: Amenemani. Ego sum (occupatus) in tribuendo illis provisiones suas frumentarias quovis mense, secundum consilia bona, quae mihi dixit dominus meus". Quam bene Ramesses urbs Exodalis quadrelcum Sochet modo memorata, eo facilius intelligitur, quod secundam biblicam narrationem unius diei iter eas intercedebat. — Pergit Caesar de Ramesse urbe domino suo reddere rationem: „Procurantur, in faciendo mandata omnia ab domino meo mihi: bene sunt, valde; observantur diligenter; non est curritu peretme dominus meus". Alia res. Domus divina quae demandata est curae domini mei, bene est, valde; observatur diligenter: Deus illius, oblationes intrant coram eo quotidie in hora sua (debitā) omnis diei: panes, potiones, anseres, boves, vina, placentae pistoris (TWS pinsere), thura, flores, resque omnes bonae gemmae purae: Numen ejus (Dei) vivit salvum sanumque". Jam sequitur geographicum quid: „Caesar salutem dicit plurimam domino suo: Est quod dux (militum ΣΕΛ-ITON) Notemus (Νήθνους) revertitur Memphin, ut transportet illuc unam statuam Pharaonis v.s.s. et faciat intrare ([hieroglyph]) id est introducat illam in templum Ptah Memphitani, a meridie muri ejus, domini suburbii Anch-tavi (vita utriusque terrae). Certiorem ego facio dominum meum dicendo ([hieroglyph]): Vigeat floreatque [hieroglyph] urbs Ramessis-Miamunis v.s.s (laudatis), sicut Hephaestus (Ptah-Memphitanus).

## Eitham et Hori triangulum.

Quae continuo sequuntur, generalia sunt; scribit enim Cavisar, solitis praeambulis praemissis, omnia mandata sibi a domino suo de labo-ribus praescriptis 𓊪𓂋𓏏𓅱 apu(𓅱𓏏𓏏𓏏) accurate esse peracta, ita ut domini sui vituperium non incurrat. Sed quales naturae fuerint haec mandata, haud ita liquet ex praesenti epistola; proxumum caput nos edocebit, de canali maritimo demonem esse, usque ad lacum Ballat pertinenti. Post Sucroth („Campum") venerunt Ebraei in stationem Eitham, de qua supra jam satis disputatum est: Exod. XIII 20: Profectique de Sorroth, castra metati sunt in Eitham, in extremis finibus solitudinis" (stationem sitā). Sane, nil nisi stratagema Mosis erat, quod a canali Niliaco deflectebat iter et in illecebram quasi inducebat Pharaonem. Nam Exod. XIV 3, postquam ½ deflectio nova meridiem versus in Pihachiroth narrata est, textus pergit sic: „Dicturusque est Pharao superfluis Israëlis: Coarctati sunt in terrā, conclusit eos desertum". Haec ergo fuit causa, cur Moses eadem via progrederetur, quā Sethosin redeuntem supra deprehendimus. Logit, ut ita dicam, hypotenusam ejus trianguli, cujus cathetes a duobus aquariis formari vidimus, crocodilos et pisces continentibus. de lacu crocodilorum (lac Timsah) supra a me satis dictum est. Restat, ut aquarium seu piscinam enucleemus.

Catalogi monumentorum geographici exhibent nomen 𓊪𓂋𓏏𓅱 Supt-Achem „triangulum sō ꜣgou (melius farinati ⲥⲟⲩⲱⲙ)" quae forma dei Hori est, uti ex agro ejus nomi(𓏏𓏏) sacro 𓅱𓏏𓏏𓏏 (ⲟⲣⲟⲓⲉ) „ager Hori" apparet. Vidimus, in

ferdum Joschem-abl (LEBT) id est, Lebée „orientale" huic nomo adscribi. Quare mihi quidem persuasum est, lacum ejus nomi -ané, eundem esse cum lacu Ballah, praesertim cum meridionali ejus parte, cui nomen est „Ras-el-Ballah." Pap. Lugd. I 350 col. III lin. 4 exhibet pisces: bpalit-u (et alios numero 1205), unde fortasse ballat descendit. Hoc igitur loco Aitam Acorsónodes (Ὀλώμ, No-r-hôm) statio „in extremis finibus solitudinis" sita fuit, hodie Bîr-Abîl „puteus leonis". Quodsi cum Selkosi redeunte hac linea progrediaris, alteram ejus metam occupari deprehendes vico Mugfar = Muagab-Hor „aqua refrigerationis Hori" (ωχεβ refrigerare); nam Hambres in libro c. Dcolchegiter. „Ego (Thuti loquitur, ut in Hermetico libro) sum, qui ordinavi (τωψ) refrigerationem certaminis τοῦ διαστόου", quorum cursus Horus, alter Set-Typhon. Ex hoc Mu-ageb-Hor ortum est nomen nomi Μυεκφορίτης et Mugfâr, non ex „insula (μοτε) regis Snefru", uti Bruxio placuit. — Haud procul ab hoc loco fuit urbs Παρεωρίτης, non a pisce Φάρος denominata, sed a duce plagae illius orientalis Pagrum, qui Aethiopum Aegyptiorumque regi Sianchio (successerat Nevatho) restitit fortiter. Is fuit Heros et praeses urbis Pa-supt-Hor „τοῦ trianguli divini", Assurbanipali mox succubiturus, qui cuneiformibus litteris eadem fere tradit, quae Stela Sianchi, interque ea nomen urbis Pi-sapt memorat. Omnino viginti tetrarcharum nomina (δύο δεκάδες - δωδεκαφύλ.?) primus contuli, quinquennio post Bruxius in Gottingensibus, neminem à quidem mei mentione facta.

Pihachiroth פִּי הַחִירוֹת Hgeωνπολις (λάρναξ) Ἐπανδρος.

Frat nunc analepsis pap. Lugdun. I 348, VIII 4. Caesar scribit domino suo Bokenphi: „Alia salutatio domini mei: Est quod sum reversus a statione 𓇋𓂋𓏏𓄿 Charedu, habens vecturam 𓇋𓂋𓏏𓄿𓂋𓏏𓄿 pa-Har, unde Χάρων portitor plicem piscatorum, qui transportant pisces eos, qui pertinent ad baridem 𓇋𓂋𓏏𓄿𓂋𓏏𓄿 (βάρις) quae tendit ad locum, uti praepositus operarum Nechtis versatur. Ego eram ascendens superficiem (θοος) aquae, ego inveni eam (baridem) in portu 𓇋𓂋𓏏𓄿𓂋𓏏𓄿 (μονη) vocato a (nomine inthronisationis) Vesuma-sotep-en-ra (Ὀσυμανδύας) v. s. s. sub baculo (jussu) athlophori Nechi." — Ex iis quae hucusque percepimus, procul dubio id saltem auditur, fuisse Charedu stationem ad canalem sitam, ut Ramessem urbem, Socoth, Pithom et portum Osymandyae. Jam vero classica apud Herodotum traditio fert (II 108) καὶ τὰς διώρυχας τὰς νῦν ἐούσας ἐν Αἰγύπτῳ πάσας οὔσας ὑπ' ἐκείνου ἐούσας ἔργασαν, nempe captivi, a Sesostride ex Asia adducti. Notandum quoque, apud Herodotum Sesostrin immediate post Moerin regem memorari, et ipsum ob Nili in Fayûm derivatione inclytum, atque in ejus encomiorum Darii cupidilatem narrari, qua Sesostrin aequare studebat. Atqui Darius certissime canalem Sesostridis restaurandum suscepit, quum monumentum bilingue, hieroglyphicum et cuneiforme, apud stationem Chalef (Cambysu?) repertum, Darium cum viginti Persidae provinciis memoret (cf. Oppertium: Rapports etc.). Post Darium Ptolemaeus II Philadelphus, serius Trajanus Imperator, nostra aetate Lepsepsius opus dudum inchoatum perfecit.

Hujus canalis fluviatilis, Nilum inter et mare rubrum porrecti, initium fuisse Pithom apud Babastin, „ostium orientis" (cognomen) urbem supra cognovimus. Finem ejus, quoad stationes exodales, exhibet  Pu-ha-charud - פִּי־הַחִירֹת „ostium sedis plantatae" (piel plantare, consitum esse - שׁכן sedere יח manere, usa congregatio, usz σύνοδος, usai coetus, usi fundamentum, ישׁ sella) Arabibus hodiernis Galât-Agrûd, quae vox composita proprie litteram monilis (ג) denotat, ut χάραξ et βέλος. Aprius in libro „per Gosen ad Sinaïn" interdum „Galashk" exaravit, haud dubie calami lapsu, ex Lepsii scriptione Galzal exorto, qui litteram Jod ע duobus spiritibus 3 transscribere solet.

Ab hac igitur „Sede plantatâ" Heroonpolis quoque et Heroonpolites sinus nomen duxit (pro Ἡρῳωόπολις -ίτης) ubi supra demonstratum est, qui ex adverso urbis Ailath et Aelanitae sinus recte a Mose in Exodo situs fuisse perhibetur. Ab hujus urbis Herthonpoleos portu (hodie Suez) exorsae, naves per canalem fluviatilem cum Nilo et Memphi commercium habebant.

Jterecturus dum nunc in vertendo pap. Lugdun. I 348 VIII lin. 7. Sesmuam expulsio in portu Argynandyae et athlophori Rechi regimen memorata sunt, textus persequitur: „Sed ( ) evanescenti (Ϩλητ - pelu) vento secundos  (cf. μα-ν-χώρα), naves onerariae  sunt revertentes  ad descensum  suum versus urbem Suchel (Succoth) salvae; ego autem proficiscor ad locum ubi versantur naves onerariae dominici (in eo) pag. IX: ego enim sto in prora navis onerariae, in navigando, [illegible]

Hesphaestici (Ptah alias) in comitatu domini mei, ad procuranda negotia portûs, quae se dant,  , in conformando me consiliis bonis quae dixit mihi dominus meus". Alia res: Caviar scriba domino suo Bokenptah scribae: Missio haec est ad certiorem faciendum dominum meum, obeditum esse missioni factae factae(sic) a domino meo, dicendo: Fac des pabulum leonibus et dorcadibus (σῶες), nec non bobus, qui sunt in sede hac!, bene sunt; noli sollicitus esse de eis" Sane haec admonent paradisorum, quos Persarum reges, velut Cyrus minor (Xenophon Anab. I, 2) Celaenis instituerat, cum arboretis. Ex altero quoque documento apparet, canalem fluviatilem transportandis moëbus inservivisse. Pap. Anastasi V, 24, 3 sqq.: „Et quod profecti sumus ex loco, ubi Pharao versatur (Ramessi in urbe?); habentes tres naves onerarias cum trabibus et lapidibus suis collectis, quum dictum esset nobis: „Ite a Horo inspectoris Pharaonici, cito, cito, habentes moles pyramidum, appropinquate illis cito, cito! Ob illas obedite, secundum verbum, quod dixit, omne. Facite, erigite eas super sede earum aeternâ!" Sic Pharao jussit. Considerate, ut intretis chusbum (  ) Ramessis II Miamunis-v.s.s-Djalense  ". Anno XXIII Sajjni XIII die. Aggressuri sumus ad evacuationem navium onerariarum in sede Ramessis II Miamunis-v.s.s.- Vos vehite statuas grandes Pharaonis -v.s.s.- appropinquate illis et facite ut nihil nobis inspector Pharaonis de omnibus quae nostrum est facere". - Ex his apparet, vel grandissimas moles, ut pyramides et statuas regis colossales, in canali fluviatili esse transportatas, et Ramessen urbem portûs commoditate excelluisse. Sed jam de canali maritimo nonnulla futurus est.

# Canalis Maritimus.

Iergit Cavisar scriba (pap. Lugd. I 348 IX 6) ita refert: „Vivas salvus sanusque! Missio haec est ad certiorem faciendum dominum meum: scribam Bekenptah, qui dixerat scribae Cavisari: „Est quod tibi mittitur scriptum hoc verbo tenus dicens: Quando appropinquabit tibi epistola mea, versanti in canali [illegible] vicis [illegible] Pa-āuar (hiatus oris), qui canalis extenditur se (?lacuna) usque ad hunc vicum [illegible], fac ut attendas animum tuum (faciem tuam) omni rei, quam tuum est facere, ut peragatur bene et diligenter valde, fac ut consideres collectam (?) tuam operarium [illegible], quam facere tuum est. Tu considera statum (numerarium) opificum [illegible] qui tecum sunt." Ego (Cavisar) redditurus sum te scientem omnis personae nominatim: collectam operariorum, hominum ingenuorum (pa-ge liber), gnarorumque; artificum (LEB), alumnorum (ꜥnḫ), hominum cujusvis speciei, expeditorum manu sollertium: hi faciunt opera diversa, singulatim: labores praescriptos ab ordinibus magnatum, qui praesunt expeditionibus, superior maximus palatii, dux praefectorum horariorum curant (ḥr-ḥry-nemu ef-er-neu sodalis) scientiā (suā); exputorans [illegible] (? ośep exuberatio carnis) magnus cellarum; scriba mensarum; aedificatores (ḫrr.w) diversi; assectae diversi; nuntii expeditionum diversi; protectores, proceres, machabores [illegible] diversi; procurator dactylorum; regui cererum diversi; magistri gustandorum vinorum; architectonites; dux artificum dolandi (ḫnty-ḳd.w)

praefectus (director) lyatorum militarium. Similiter gestatores manûs
aeneae (instrumentum); pugnatores ( ) diversi; cunicularii, plana-
tores; gestatores  baza (sapere  dissecare) lapidis caesi,
diversi;  (sequitur longior lacuna) ...; suppeditatores victuum et potuum
 ; pistores frumentatores ... tonsores 
 diversi; sutores  , confectores placentarum (insenitio) domini mei."

Hic textus, quem jam abhinc decennium verteram, vividus mihi venit in mentem, quum Zoriffae bariae anno 1873 una cum discipulo quondam meo Ibrahimo Mustapha (Stephano) Negibo (  ) Nilum ascendens descendensque veherer. Anno 1866 Lepsius ad canalem maritimum ei obviam factus est, et quum salutatione peracta, Dr. Ibrahimus cum comite germanice al-loqueretur, admiratione comotus, unde ei hujus linguae notitia obvenisset, postquam comperit, ex meis Instituti aegyptiaci Alumnis unum eum esse, gratam posthac in relatione coram academia Berolinensi ejus memoriam egit. Is igitur, utpote qui a principio usque ad finem variis vicibus gna-rus, operarum coloniae, in canali effodiendo occupatae, officia praestitis-set, machinarum a Francogallis adhibitarum memor, sexcenta mihi narravit de mirifico illo opere, gentiumque mixtarum linguali commercio. Quibus e-go tanto avidiorem praebui aurem, quanto melius e papyro Lugdunen-si I 348 vetustiorem de illa plaga ejus canalis notitiam perceperam.

Sane, licet haud pauca loca, ob lacunas et debilitas, destructa, et nonnul-li tituli nondum satis perspecti sint, tamen de canali maritimo sermo esse debet.

Nam signa per se ipsa satis demonstant, de canali esse dumonem eodem, qui in Sethosidis reditu nobis supra occurrit. Proh dolor! quae pedetentim sequuntur, haud ita distincte leguntur Pa-āuar ⲡⲁⲩⲁⲣ hiare, hiatus: Caeterum, quid dubitandum, quum hodiedum ad lacum crocodilorum (Timsah) puteus exstet: Bir-el-Fauar nominatus? Textus immediate sequens quidem lacunâ periit, exceptis signis  ; sed porro distincte legitur: pa-dema- ⲧⲙⲏ, ⲧⲙⲉⲩ, ⲧⲙⲓ „vicus, pagus". Ergo Phauar „hiatus" locus erat habitatus.

Quo melius, quae modo produxi, a lectore cognoscantur, angulum illum, qui Horo-āchem (  ) prae caeteris, ob victorias de Set-Typhone reportatas, risisse videtur, veluti ex Sethosidis triumpho restituendus est, apponere lubet: Qua signum crucis + posui (infra), ea pars  vicus Phauar situs fuit, unde puteus hodiedum Bir-el-Fauar audit, a meridie putei Bir-el-Teheh  zaki ⲥⲁⲕⲓ „ariditas", ab occidente putei Bir-murrat „amari", a septentrione putei Scheikh (: fortasse pro ⲱⲏⲓ „putus") ha-madig- ⲡⲁⲙⲁⲧⲓⲕ dulcis (aquae). Aegyptiis quoque illac (non Selusii, ut Brugsch hr. geogr. p. 401 videtur) urbs et orbis  nomen „dulcis" notus fuit (Πρόσωπον ὕδατος Homeri), ubi Horus et Set antagonistae cultu fruebantur, (Cf. Sap. Bonon. Chabas: Mixellanées égypt. 1873). Nimirum Horus, id est cultura, Typhoni, id est, deserto angulum istum expuerat canali eodem ducto, ita tamen, ut utrique coleretur, quemadmodum in urbe Fayûm.

Moses igitur, Ebraeos Eitham versus, et rursus ad alterum angulum, ad- obues canalibus in lacu amaro formatum, ducens, conditione sine quâ non: aquâ, usus

# Moses-Nebi-Salichus.

Restat, ut de Mosis cognomine loquar, quod hodiedum ab incolis peninsulae Sinaïticae summâ cum reverentiâ usurpatur atque per se ipsum documento est, Mosis in illa regione mirabilia non excidisse ex accolarum memoria. Quod cognomen quum hucusque nullibi alias occurrat, neque apud profanos, neque apud sacrarum litterarum scriptores, paullo fusius de ejus origine disserendum esse videtur.

Jamdudum mihi persuasum habebam, sanctum illum virum peninsulae Sinaïticae, cui modo Scheikh (πρεσβύτερος) modo Nebi= נָבִיא προφήτης cognomen in sacris titulus inditur, eundem cum Mose esse. Audiamus primum, quaenam de eo praedicent indigenae, Aprium (per Gosen ad Sinaïn p. 559-565) secuti, qui fabulas quas putat, diligentissime collegit. - De Cenotaphio, in honorem prophetae el-Salich in wadi τῶν πρεσβυτέρων, haud procul a wadi Tarfa (manna) condito, varia fama indicitur. Tamen in eo consentiunt narratores, fuisse Salichum vatem divinum, qui ante Muhamedi tempora camelum e petrâ evocâvit, superbientesque Thamuditas, ad quos missus fuisset divinitus, terrae motu obruisse. Jam ex his Qurani narrationibus satis apparet, de Mose, cum tonitribus et terrae concussione legem promulgante, sermonem esse. Quin etiam tribus quaedam nomadum nomen proprium el Salaleha sibi vindicant ita ut Salichus heros earum eponymus dicit, summopere honoratus.

Eodem pertinent „Banu Salichū sive Bēbalich, antiquitus monachorum coenobio servorum instar addicti – Panegyris Salichi, cui interfuit Tischendorfius, Codicis Sinaïtici reperter – maxime vero, quod in monte Jebel Mūsā nomadum caterva idem sacrificium atque in monte Salichi offerunt, oves etc. Quid? nōne titulus el-Kaṭība כָּתֵב „scriba", qui Salicho inditur, optime quadrat cum Mosis designatione Deuter-βασιλικογραμματεύς? Sed idem Salichus προφήτης fuit, id est oraculi divini pronunciator." „Simulatque Amina Muhamedum peperit, alba nubes descendit super prophetam et vox audita est exclamans: Facilote cum Muhamedo circulationem per totum mundum atque praesentabile eum omnibus angelis, geniis, hominibus, animalibus. Dabote illi Adami staturam, Sethi scientiam, Noachi fortitudinem, Abrahami caritatem (erga Deum), Ismaēlis linguam, Isaaci complacentiam, Salichi eloquentiam, Mosis energiamet" Ex his apparet, Salichum aut Levin aut Mosen fuisse. Ulterius ut staturam, haec me movent argumenta, quae fontibus Aegyptiacis deducturus sum:

Mentionem feci supra (p. 224) vocis 𓉐𓏏 Serech, quae turrim Gazae urbis designat, et cum סֹגֵר contuli. Sane, quoad sensum congruunt, quia utrique vis sōr occludendi סֹגֵר inest (cf. סוֹגֵר turris, arx, propugnaculum). Sed ex his genuina aequatio: 𓉐𓏏𓊪 Sagar (pap. Anastasi V 18,7) nomi VIII Aeg. inscr. apud urbem 𓊪𓂋𓏲, de qua supra disputatum est. Haec eadem turris atque סֹגֵר Genes. XLIII, 10: „sicut Aegyptus (est paradisus) venientibus in Segor".

At Serech 𓉐𓏏 fuit turris speculatoria seu notificatoria sacrificia facere, et rechnotam qualis etiam 𓉐𓃀 cui Horus insidet cf. epag exemplum, triumphus, ckan feretrum, cxaja lorica ferrea reticulata, capa schedula cui pretium inscriptum est, epistola (carmen et sagena)

Omnes hae voces metathesin expertae sunt, exceptâ voce ψαλλ
Καρκινής, modo sibilanti ϛ in sch transmutatâ, ut saepius
Graecissimum vocis ψαλλ (ex salich exortae) exem-
plum praebet. Zodiacus rectangularis, quem cum cir-
culari abhinc XIV annos primus elucidavi, demonstrando,

Tiberii Imperatoris Romani natalitium: diem XVII. Novembris, ibidem repraesentari.
Revera, si strata undecim cum septenis denis trianguli, ut solis oriendis ra-
dii huic loci pro mensibus et diebus usurpantur, accurate computaveris, habebis
datum emblematice scriptum XVII/XI = 17. Nov., prout textus graecus fert: Ἀθὺρ κά,
ἀπὸ ϐλιξ Alexandrinorum, qui dies cum die XVII. Novembris Romanorum congruit.
Hinc ergo Dea Athyris caput σῷ praeditum est, duas decadas praeterlapsas ellip-
sibus et lineolis suggerens, ita ut Καρκινής horoscopi: ψαλλ, insuper τῷ insignitus,
scilicet dies XXI. mensis Athyr, unice elucet. — Quid collegae huic dato fecere? — Nihil.

Quod ad Mosen, cujus caput huic emblemati supra ex adverso positum vides,
idem tegumen illi obvenit, eo pote Deum suum notificanti. Audiamus ejus ae-
qualem: Bokenchonsin, in Hypotheca Monacensi sedentem (cf. dissert. mea an. 1863)
„Ego testis veri sum, dignus domino suo; cultor notificans Deum suum....
magnificans (et) notificans Deum suum." Talis igitur notificator Dei sui
fuit Moses, et hinc cognomen Salichus ei inditum fuit. Quod si Deus hic O.M
concesserit, in libro de Exodo ipsâ fusius tractabitur; sin minus, exclamo ad posteros:
„Exoriare, aliquis, nostrumque opus exequere ultra!
Finis adest (– lector, plaude!), corona operis.


Tabula I
Ichthyophagi
Rhaunathi
Poseir
Thebae
Nechesiae
1.-Sethosis I ex Asia reditus año 1585 a. Chr. nat.
2...Mosis Moheris Itinerarium año 1526 " "
3... Ebraeorum Exodus año 1492/1491/1003
4—Via strata sive Palaestinensis—
Autographatum ab Auctore.
Chaleb
Kapuna Byblos
Baruta
Dimesqu
Zidun
Zarepatha
Tyrus
Azor
Beth-Scheal Scythopolis
Iapu
Gazath
Ropehu
Palusium
Berzama
Petrae
Memphis
Heliopolis
Fayûm
Aolama
Azina-chotam
Azion-gaber
Sinai
Madian
Phoenicon
Hermopolis
Phoenitum oppidum

Tabula II